Si enim omnes religionem intrarent non esset qui plebem curam ageret et ita populus sine rectoribus remaneret. Ergo melius facit si non intrat religionem quam si intraret. Contra est quod dicitur in psalmo vovete et reddite domino deo vestro, ubi dicit glossa quod vovere voluntati consulitur sed post voti emissionem redditio necessario exigitur. Item ecclesiastici v. Si quid vovisti deo ne moreris reddere; displicet enim deo infidelis et stulta promissio; melius est enim deo non vovere quam vota promissa non reddere. Item augustinus dicit in epistola ad armentarium et paulinam: Quia iam vovisti iam te astrinxisti, aliud tibi facere non licet. Priusquam esses voti reus, liberum fuit quod esses inferior; quamvis non sit gratulanda libertas qua fit ut non debeatur quod cum lucro redditur. Responsio: dicendum quod dicere quod illi qui voto vel iuramento sunt obligati ad intrandum religionem non teneantur intrare est manifeste hereticum. Quicumque enim dicit hoc esse peccatum illud quod est contra preceptum, hereticus iudicatur, sicut hereticus iudicaretur quicumque diceret quod fornicatio simplex non sit peccatum mortale, est enim contra hoc preceptum Non mechaberis, ut sancti exponunt. Sunt autem excellentiora precepta precepta prime tabule que ordinantur ad dilectionem dei. Unde quicumque dicit quod sine peccato preterire possit aliquid pertinens ad precepta prime tabule est manifeste hereticus. Quod autem impletio voti pertineat ad latriam manifestum est. Et quicumque dicit votum non esse implendum loquitur contra preceptum prime tabule quod est de cultu latrie soli deo exhibendo. Qui vero dicit iuramentum esse implendum loquitur contra preceptum prime tabule quod est Non assumes nomen dei tui in vanum. Unde manifeste est hereticus quicumque hoc dicit, nisi forte dicat quod intrare religionem sit illicitum. Iuramenta enim vel vota facta de rebus illicitis non sunt obligatoria secundum illud Isidori: In malis promissis rescinde fidem etc. Constat autem esse hereticum dicere quod non sit licitum intrare religionem, est enim expresse contra Christi consilia. Unde quicumque dicit quod ille qui obligatus voto vel iuramento ad intrandum religionem potest absque peccato in seculo remanere est manifeste hereticus. Si tamen in hoc pertinaciter perseveret etc. Ad primum ergo dicendum quod necessitas voti vel iuramenti non excludit voluntatem, ut dictum est. Sicut enim aliquis ex lege dei obligatur ad servandum dei precepta que tamen voluntarie servat. Unde et dominus dicit: Si vis ad vitam ingredi serva mandata. Sic et ille qui evasit iuramentum vel votum obligatur ex quadam spontanea obligatione. Et tamen voluntarie implet iuramentum vel votum. Ita tamen quod iuramentum vel votum licitum est facere cui vel non facere. Unde dominus dicit: Si vis perfectus esse etc. Et paulus dat de virginitate consilium. Sed post iuramentum vel votum illicitum implere non est. Ad secundum ergo quod illa ratio continet heresim damnatam scilicet quod melius sit in seculo remanere et operibus pietatis vacare quam religionem intrare. Committitur enim iste error vigilantie contra quem Ieronimus scribens dicit: Iste venena perfidie catholice fidei immiscens conatur impugnare virginitatem, odisse pudicitiam, cum iovinianno seculariter contra sanctorum ieiunia declamare et postmodum contra

Singulos hereticos a vigilancio
propositos disputatis venit ad istum
articulum. Quidam enim aut asserunt
communius facere qui utuntur rebus
suis et paulatim fructus posses-
sionum pauperibus dividunt quam
illos qui possessionibus venditis
simul omnia largiuntur. Non a me eis
sed a deo respondetur. Si
vis perfectus esse vade et vende
omnia que habes et da paupe-
ribus et veni et sequere me.
Iste quem tu laudas secundus vel tertius
gradus est quem et nos recipimus
dummodo sciamus secundis prima et
tertiis secunda preferenda. Et ideo in
libro de ecclesiasticis dogmatibus
cum aliis erroribus etiam ille dampna-
natur. Cum dicit bonum est facultates
cum dispensacione pauperibus ero-
gare, melius est pro intencione
sequendi dominum insimul donare et
absolutum sollicitudine egere
cum Christo. Nec solus status reli-
gionis preferitur elemosinis quas
quis facit in seculo, sed etiam vir-
ginitate in seculo observate. Et
enim augustinus in libro de virginitate.
Nemo quantum puto ausus fuit
virginitati preferre monasterio.
Ad secundum dicendum quod idem factum ex
voto laudabilius et magis
meritorium est quam si fiat sine
voto quod ex hoc patet. Etiam omnis
actus de se bonus est magis laudabilis
et meritorius quanto ex digniori
procedit. Sicut opus iusticie si
fiat ex caritate laudabilius
est quam ex alia virtute. Qui autem
ieiunat implens votum absti-
nencie actum facit ex latria que
ordinat nos ad deum et nobilior
quam abstinencia, nec quecumque alia
virtus que ordinat nos circa
bona creata. Propter quod et augustinus dicit
in libro de virginitate, quod nec virgi-
nitas quia virginitas est, honoratur,
sed quia est deo dicata quam fovet
vovet et servat continencie pietas.

Ad tertium ergo propter quod dicit sit abstinens
nec ieiunare debeas, ut non non
ieiunandi nec abstinendi necessitati
subdamus. Intelligendum est de
necessitate coactionis que voluntatem
excludit. Unde subdit ne iam
non devoti sed inviti rem invo-
luntariam faciamus. Necessitas autem
voti aut iuramenti non excludit
voluntatem ut dictum est. Sciendum autem
ulterius quod si illi qui ieiunant
ex voto non placet, tamen si ieiunium im-
placet, tamen sibi impletio voti et
magis meretur, ceteris paribus
quam ille ieiunans cui placet
tamen se ieiunium, quia magis
est meritorium delectari in actu
latrie quam in actu abstinencie.
Ad quartum dicendum quod duplex est difficultas.
Una est ex arduitate operis sicut
virginitatem servare et huiusmodi
et talis difficultas facit ad
augmentum virtutis. Alia diffi-
cultas est ex impedimentis et
periculis imminentibus et talis
difficultas non facit ad aug-
mentum virtutis, sed ad diminu-
cionem operis. Non enim videtur
esse prudens nec multum amator
boni virtutis qui pericula non
cavet. Et talis difficultas ad
bonum imminet in seculo rema-
nentibus. Ad quintum dicendum quod illa
fuit racio vigilanti heretici
ut patet per Ieronimum qui dicit
in libro contra vigilancium. Non
sunt a studiis suis monachi de-
terrendi a quibus ante fugere
vipere morsus seuissimos
periciatur quolibet argumentans.
Et dicis si omnes se clauserint
et fugierint in solitudinem quis
celebrabit ecclesias, quis seculares
homines lucrari faciet, quis peccato-
res ad virtutes poterit exhortari,
quis peccatores ad penitentiam poterit
revocari. Hoc enim modo si omnes
essent tecum fatui, sapiens esse quis-
que posset et virginitas non
esset approbanda. Virgines enim virgines fuerint

Innupte nuptie non erunt et
periblit quedam genus vata
est vtus nec a pluribus appetitur
Stultus est igitur huiusmodi timor
eum religionis bonum sit tamen
difficile et arduum ut pauci
religionem intrant in comparacione
multitudinis in seculo remanencium
sic si quis timet haurire aquam
ne flumen deficiat ar. li. xiii.
xiii Ad tercium sic proceditur videtur quod
qui illi qui sunt in seculo
peccatores non sunt ad
religionem attrahendi
ymo nec admittendi oportet
enim prius exercitari in operibus
preceptorum quam intrare ad consiliorum
consiliorum ut de minori perveniatur
ad maius sed illi qui non sunt
peccatores in seculo non sunt exer
citati in operibus preceptorum ergo non
sunt recipiendi in religionem
in qua oportet servare consilia
Sed contra est quia dominus mattheum publi
canum ad statum perfectionis vocavit
ut habetur matthei viiii. Dicendum
autem xpi actio nostra est instructio
ergo etiam et nos debemus peccatores
qui sunt in hoc seculo vocare
et recipere. Responsio dicendum quod maxime
utile est peccatoribus ut ad religi
onem transeant. peccatoribus enim
duo necessaria ad salutem. Primo quidem
ut de peccatis preteritis penitenciam
agant. Secundo ut de cetero a peccatis
abstineant. ad utrumque autem horum
maxime competit religio. Primo
enim status religionis est status
perfecte penitencie. unde quod nulla
satisfactio adequari potest penitencie
religiosorum quia se et sua
totaliter deo dat. Unde pro nullo
peccato preponi potest homini penitencia
ut religionem intrant in commu
tacionis satisfactionis quorumcumque
gravium consulitur religionis
ingressus ut xxxiii q. ii c. quia
capitulo Admonere. Ubi consulitur
pape quedam qui uxorem interfecerat

induciat ut ingrediatur monaste
rium et humiliatus sub manu
abbatis cuncta conservat que sibi
precipiuntur. aliquin iungit ei gra
vissima penitentia si eligeret
in seculo manere. Secundo etiam
ad evitanda peccata plurimum
valet religionis status diffi
cilius enim est quod in seculo commorantes
a rebus mundi illos eliciatur. ut
quod matthei xix super expositor
xpus dominus dicit hic esse in
regula quod dives qui sic divicias
habet per amorem intrat regnum
celorum. Sed quod dives qui habet
divicias intrat est valde
difficile. Unde et eccli. xxxi
beatus dives qui inventus est
sine macula et huiusmodi diffi
cultatis tamen dicitur subdit
dicens quis est hic et laudabimus
eum etc. quia sicut dicit gregorius
Sancti viri ut ab illicitis absti
neant etiam licita sepe amittunt
Unde manifestum est quod non peccant
sed laudandi sunt qui peccatores
ad religionem inducunt. Ideo
dominus dicit de seipso non veni
vocare iustos sed peccatores
ad penitenciam. Ad illud ergo
quod in contrarium dicitur quod ratio illa
procedit et contra regulam doctrine
sacre et contra communem phisice
doctrinam quorum curacionem qui consilia
curaciva ad hoc dantur ut per
ea homo facilius salutem
consequatur. Unde status secularium
periculosior dicitur esse quam status
religionis. Similiter est ergo dicere
quod alicui qui debilior est propter
peccata que commisit non sit ad se
curiorem vitam fugiendum
Est etiam contra doctrinam phisicam
que docet illos qui sunt viciati
in promptum in contrarium debere
reflecti sicut faciunt illi qui
tortuosa ligna in contrarium dirigunt

xiiii A

Ad xiiii sic Articulus xiiii
proceditur. Videtur quod aliquis
absque peccato posset alique(m)
iuramento astringere ad
hoc quod religionem non intret. Quia
cum licitum est sicut seculari clerico
non licitum est alicui seculari quod numquam
religionem intret quod licite potest hoc
iurare quod tali iuramento si aliquis
astringeret non peccaret quia non facit
eum iurare aliquid illicitum. Sed contra
propositum intrandi religionem a spiritu
sancto est xix q. 2 s. duo cap. Due sunt
restringere distinctum spiritus sancti
grande peccatum est de quo beatus
Stephanus reprehendit iudeos
Actuum vii dicens Vos semper
spiritui sancto resistitis. Ergo ille
qui aliquem iuramento astringit
ad non intrandum religionem graviter
peccat. Respondeo quod sicut supra dictum est
in actibus humanis non est aliquis
simul iudicandum licitum vel il-
licitum propter illud quod accidit in aliquo
particulari casu sed propter illud quod
est in pluribus sicut etiam in rebus
naturalibus consideratur quod in pluribus
est. Contingit autem in aliquo casu
quod absque peccato aliquis potest aliquem
astringere iuramento ad hoc quod
religionem non intret puta si
esset in matrimonio ligatus et
vellet absque consensu uxoris
religionem intrare et in similibus
casibus. Simpliciter autem loquendo
inducere aliquem ad iuramentum
quod religionem non intret grave
peccatum est. Si enim vellet aliquis
religionem intrare et inveniret
opportunitatem temporis et omnes alie
circumstantie convenirent graviter
peccaret et quicumque ab ingressu re-
ligionis prohibet. Unde dicitur
Mathei xxiii. Commatur phari-
seis dicens Ve vobis pharisei
qui nec ipsi intratis in regnum
celorum nec alios intrare sinitis.
Qui autem aliquem aliquem iurare
facit quod religionem non intret
impedit eum quantum in se est ab ingressu
religionis sive quod ad hoc tempus et sive
quacumque circumstantia oportuna
quia in uno aliquid nunc est circa particularia.
Unde manifestum est quod graviter peccat.
Ad illud vero quod in contrarium obicitur dicendum
quod quamvis licitum sit ab aliquo bono
opere abstinere tamen illicitum est non
sibi sed alijs impedimentum apponere
quo numquam in illud bonum opus
procedere possit. Sicut licitum est non
dare elemosinam huic pauperi
illicitum tamen est se vel alium iuramento
astringere. Ad hoc quod alicui ele-
mosinam non detur. Cuius ratio est
quia possit committere actum virtutis potest
esse aliquis absque peccato. Ea quod precepta
affirmativa que sunt de actibus
virtutum non obligant ad semper.
Sed impedimentum alicui apponere
boni operis directe virtuti contrariatur
et ideo cadit sub prohibitione
precepti negativi quod obligant
ad semper. Unde omnia talia iuramenta
sunt illicita ideo nec sunt obser-
vanda. Vero illi qui sic iurant
iurando periuri sunt. Quia
iuramentum communiter obligare
non potest contra caritatem dei et proximi.
Unde cuius licitum sit alicui
religionem non intrare. Illicitum
tamen est impedimentum iuramento
apponere sibi vel alio. Est enim
contra perfectionem vite et contra consilium
Christi etc. Divisio

D

Deinde quesita sunt ta-
de hijs que competunt
in religionem exeuntibus.
Primo utrum religiosus sub-
iectus debet reddere ut non
posset elemosinam facere de hijs
que sibi elemosina datur. Secundo
utrum aliquis in religione exiens
sciens parentem suum graviter neccessitate
oppressum possit exire absque licentia
prelati sui ut adveniat patri.
Tertio utrum status religionis
sit perfectior quam status sacerdotum
parrochialium et archidiaco-
norum etc. Articulus xv

xv

xv

Ad xv sic pcedit̄ articulus xv
videtur q religiosi qui nichil
hnt ipso iure qui videtur q
non pnt facere elemosina q
eis pficiat, non enim pficit elco
sina faciēti nisi debito modo fiat
Sz ttes religiosi non pnt elemo-
sina debito mo facere debet enim
elemosina de ppo fieri Sm id
thobie iiij° Si multu tibi fuerit
habūdant tribue Si aut modicu
idipm libēt ipartiri stude Ttes
aut religiosi qui nichil suu
hnt nec ipso nec igm non pnt
elemosinā facere q eis pficiat
Sz si quia elemosina de eleo-
sinis sibi factis faciunt eis pro-
ficiat a quibz elemosina pce-
perunt Sed contra inter alia opa
elemosinarum largitio plurimu
videtur fructuosa dz enim dani-
elis. iiij° peccata tua elemosinis
redime Si religiosi elemosi-
nas facere non pnt q eis pficiant
videntur esse peioris condicois
quam alij etiam i spualibz bonis
q e absurdu dicere Rñsio
dm q religiosi cōmunis lre non
pnt ppim hre aliquarum reru
dispensacione hre pnt sive de
fructibz possessionu communia
sive etiam de elemosinis pñclatis
eis collatis nec refert quantum ad
ppositu ptinet Verum hmoi
dispensacionē hēant auctoritate sui
ordinis vel auctoritate alicuius
superioris plati, hij igr quibus dis-
pensacio comissa e possunt
meritorie dispensatores facere
elemosina de bonis q eorum
dispensacioni cōmittuntur Sm q eis
cōmittitur Et hmoi elemosina
meritoria e et eis qui mi-
nisterium exequuntur et illis
quorum vsibz hmoi res deputate
nosciitur Si vero aliquis religiosus sit
cui non sit hmoi rerum dispensacio
comissa ei non licz elcosina facere
Et p hec patz rñsio ad obiecta

xvi

Ad xvi sic articulus xvi
pcedit videtur q religi-
osus si videat parentem
suu esse in necti se etiam
absqz plati sui licencia possit
claustru exire ad subveniend
pri Non enim pmittendu est
mandatu dei ppt tradiciones
hom vnde dns mathei xv°
contra quosdam dicit Irritu
fecistis mandatu dei ppt tradi-
ciones vestras Sed subveniend
putibz hco astringitur per hoc
preceptu dm honora patrem tuum
et matrem tuam In quo qd honore
intelligitur necessarior subvencio go
videtur q non obstātibz religionis
observācijs que sunt hom
statuta debeat religiosus
exire claustru ad subveniend
parentibz Sm mandatu dei Sz
contra spualia sunt pferēda sunt
carnalibz, sed religiosi se obli-
gauerunt ad obsequium spualis
patris sz dei tm magis tenetur
Sm illud ad hebreos xij° Cum
magis obtpabimus patri spm et
vivemus, non go debet dimittere
sui ordinis observācia ut
patribus carnalibz ministret etc
Rñsio dm q aliter e dicendum de illo
qui nondu religione intrauit
et aliter de illo qui iam i religioē
e pfessus Ille enim q nondu reli-
gione intrauit si videat parente
suu i magna necte tm pet
aliu modu non possit subvenire
non debet religione intrare
Sz tenetur parentibz ministrare max-
ime si absqz peti pīclo possit
i seculo remanere Si vero per aliu
possit suis parentibz ministrare pt
si vult religione intrare Vnde
crisostomus exponens id Sine
mortuos sepelire mortuos
suos dicit hy malu e abducere
homines a spualibz et maxie
si fuerint qui ministerium pntu
ppleat Erunt enim aliqui qui
pple potuerunt illius funeris
sepultura, postqz vero e aliquis iam

xvj

In religione pfessus e mortuus mundo vnde p spualem morte deobligatur a cura impendenda parentibus sic etia deobligatus p morte carnalem Et ideo non peccat nec contra preceptum dei agit si in claustro remaneat sub precepto plati sui parentum ministratione pretermissa Est enim factus impotens ad reddendum debitum ministerium debet tamen quantum potest salua ordinis obedientia satagere ut per se vel p aliu suis parentibus subveniat si in necessitate fuerint constituti Ad illud vero q contrarium obicitur dicendum q religiosus tenetur ad implendum illud q ad religionem ptinet non solum ex traditione humana sed etia ex precepto diuino / obligatus enim ex voto emisso ad obediendum platis suis impleto aut voti cadit sub precepto dmo

xvij

Ad 3m sic arlus xvij

Aprceditur videtur q presbiteri parochiales et archidiaconi sint maioris perfectionis qua religiosi dicit enim Crisostomus in suo dyalogo Si talem michi aliquem adducas monachum qualis ut sic magis excogitari dicitur ut elias fuit Non tamen ille grandis e qui traditus e plebi et multorum peccata ferre compulsus immobilis pseuerauit et fortis Et parum post dicit si qs michi proponet optionem vbi malle placere in officio sacerdotali an in solitudine monachorum sine comparatione eligerem illud q prius dixi Nec cessabam laudans et beatos pronunciabam eos qui officium ecclesie bene ministrare potuerunt / et q laudabam tunc et tunc pronunciebam nemo utique refugeret sicut idoneum me ad huiusmodi gubernaculum videns Et insequitur talis per modum dicit / bene iam admonuisti dulcissime / istorum enim sicut secularium nec recordari oportet tum de sacerdote sit questio Vnde sicut huiusmodi

Multorum ponitos / sicut perturbatum illum iniqtorem plene securitatis et fecedo es et alia monachorum incorrupta bona et integra seruant / omnibus e pferendus Ex quibus omnibus videtur q presbiteri parochiales et archidiaconi si bene ministrant ecclesie regat sit orbis etiam religiosis pferendi Preterea crisostomus in eodem libro dicit quibus bene ministrato sacerdotio illius profecti sunt monachales sudores conformant eos tamen distare reperies quantum inter priuatum et regem Sed multo magis e bene exerce regis officium quam eniusdam prsone priuate ergo multo magis e q sacerdos parochialis uel archidiaconus bene se habeat in suo officio quam religiosus in suo Preterea episcopi sunt in statu pfectori quam religiosi Aliqui non licet de religione ad episcopatum transire Sed presbiteri parochiales et archidiaconi similiores sunt episcopis quam religiosi Quia sicut episcopus habet curam animarum in suo episcopatu ita parochiales et archidiaconi in sub archidiaconatu ergo archidiaconi et presbiteri sunt magis in statu pfectionis qua religiosi Preterea bonum publicum pferendum est bono priuato et vita actiua e magis fructuosa qua contemplatiua / et nullum sacrificium e deo acceptius qua zelus animarum Sed archidiaconi et presbiteri intendunt vtilitati quorum multitudinis zelo salutis animarum in actiua vita fructificantes ergo pferendi sunt religiosis qui saluti proprie student in vita contemplatiua ut frmetes Preterea cui amplius a deo commissum magis meretur si bene administret Sed sacerdoti et archidiacono amplius commissum videtur qua plus ab eo requiretur in iudicio ergo bene administrando amplius meretur Sed contra e q dicitur xix. q. ii. in talis due Si quis in ecclesia sua sub episcopo populum regat et secularem vivit affluit compunctus

Si in aliquo monasterio vel regulari
canonia saluare se voluerit cum
lege priuata ducatur, nulla racio
exigit ut publica constringatur.
Sed lex priuata que lex spiritus sancti
ut ibidem subditur, unique docet
hominem ascensiones in corde suo
disponere ut in psalmo dicitur. Quo status
religiosi sit et perfectorum quis status
plebanorum. Respondeo dicendum quod perfectio
spiritualis vite ex caritate pensanda
est qua quis caret spiritualiter nichil
est ut dicitur I ad Corinthios xiij. Ubi enim
perfectior caritas aliquis dicitur esse perfectus.
Unde ad Thessalonicenses iij Super
omnia caritatem habete que est
vinculum perfectionis. Amor enim vim
transformatiuam habet qua amans in
amatum transferatur quamuis Unde
dicit Dionisius quarto capitulo de diuinis
amore. Est autem extasim faciens
diuinus amor non sinens suos esse
amantes esse sed amatorum. Ultima
totius et perfectio est id ut dicitur in 30
philosophorum. Ille perfecte caritatem habet
qui totaliter ita per amorem transformat
seipsum et sua omnia propter
bonos ut deum. Unde Augustinus dicit
in de ciuitate dei. Et sicut
quod fecit ciuitatem babilonis facit amor
sui usque ad contemptum dei. Ista
ciuitatem dei facit amor dei usque
ad contemptum sui. Et in libro collacionum
quaternarum questionum dicitur quod perfectio
caritatis est nulla cupiditas. Et
Gregorius etiam super Ezechielem dicit
quod cum quis aliquid suum deo vouet et
aliquid non voluerit sacrificium est
cum vero omne quod habet omne quod viuit
omne quod sapit omnipotenti deo vouet
holocaustum est. Et sancta lingua
dicitur extensio. Cum igitur ergo
mens sit affecta ita ut
seipsum et omnia contemnat propter deum
secundum illud apostoli ad Philippenses
iij. Que michi aliquando fuerunt
lucra arbitratus sum ut stercora
ut Christum lucri faciam. Iste perfectus
est siue sit religiosus siue secularis
siue laicus etiam matrimonio iunctus.

Abraham enim matrimonio erat
iunctus et diues cui dominus dixit
Genesis xvij. Ambula coram me
et esto perfectus. Quamquam hoc est
difficile ecclesiastici xxxi. Beatus
diues qui inuentus est sine
macula et post aurum non
abijt. Et post pauca subditur quis
probatus est in illo et perfectus inuentus
est. Sed aduertendum est aliud
est esse perfectum et aliud esse in statu
perfectionis. Sunt etiam aliqui in
statu perfectionis qui non sunt perfecti
sed interdum etiam peccatores.
Sunt etiam aliqui perfecti qui in statu
perfectionis non sunt. Et communis status
perfectionis multa preter ut rectitu-
dine et firmitate et siqua sunt
alia huiusmodi. Tamen dicitur aliquis
esse in statu perfectionis. Status accipitur
pro condicione sui quod libertas vel
seruitus dicitur status proprie ut
conuenit dici quod errare prodit
vel condicionis vel status impedit
matrimonium non autem error for-
tune aut qualitatis et hoc modo
dicitur status. Et in Decretalibus. Si quis in
causa capitali vel causa status
interpellatum fuerit non per explora-
tores id est procuratores sed per se ipsos
agendum est. Sic igitur accipiendo
statum illi proprie in statu perfectionis
dicuntur qui se seruituti subiciunt
ad opera perfectionis ad implenda. Ma-
nifestum est autem quod seruitus libertati
opponitur. Libertas autem sacerdotii
quilibet per votum tollitur, quia volun-
tatis est vouere necessitatis est red-
dere ut supra dictum est. Unde qui se
aliquo voto obligat necessitati se
subicit, quodammodo se
constituit seruum libertate se
priuans. Si quis igitur aliquis se
voto obliget ad aliquid particulare
opus implendum constituit se quidem
seruum non simpliciter sed secundum quid
respectu scilicet illius ad quod se obligauit.
Si vero simpliciter per votum totam vitam
dedicat deo ad implendum ea que sunt

Ipsa professionis per quam deum se ipsum simul servum constituit. Unde per hoc ponitur in statu perfectionis. Unde et totum se deo vovendo holocaustum offerre dicitur ut Gregorius dicit. Hoc autem modo obligantur totam vitam suam ad ea que sunt perfectionis. Episcopi in sua consecratione professionem quandam faciendo quod obligantur ad curam gregis suscepti. Unde illud ii ad Thimotheum ultimo: bonum certamen fidei apprehende vitam eternam in qua vocatus es et confessus bonam confessionem coram multis testibus, id est in ordinatione uel predicatione ut glossa dicit. Religiosi etiam in sua professione tota vita sua obligant deo ad ea que sunt perfectionis. Unde et ubique servi dicuntur. Dicitur enim ii ad Corinthios iiii: Non enim predicamus nosmetipsos sed Ihesum Christum, nos autem servos vestros per Ihesum, quod pertinet ad episcopos. Religiosi etiam servi uel famuli nominantur ut dicit Dionisius vi capitulo celestis hierarchie. Et ideo tam religiosi quam episcopi sunt in statu perfectionis, et utrisque in assumptione huiusmodi status sollempnis benedictio adhibetur ut per Dionisium patet ubi et vi celestis hierarchie. Archidiaconi uel plebani non obligant voto totam vitam suam ad illud quod cura gregis requirit. Unde nec in eorum institutione aliqua eis benedictio adhibetur que exhibetur monachis per professionem assumptis ut dicitur in vi celestis hierarchie. Et ideo ex hoc quod committitur eis cura parochie uel archidiaconatus constituuntur quasi in aliquo officio, non assumuntur ad statum perfectionis. Aliquis ceant apostate dimittendo parochias et prebendas sine cura in ecclesiis cathedralibus accipiendo. Nullus enim a statu perfectionis discedit nisi mortaliter peccando uel apostatando. Et iam est quod Dionisius recitat

hierarchia perfectionem attribuit solum episcopis quam perfectoribus et monachis quam perfectis, illuminatorum uero attribuit presbiteris tamquam illuminatoribus per sacramentorum administrationem et sacrorum tamquam illuminandis, purgatorum uero diaconibus tamquam purgatoribus et ordini nundorum (?) tamquam purgandis. Ad primum ergo dicendum quod ad duas illas auctoritates breviter respondetur per quod non loquitur de sacerdote parochiali sed de episcopo quem anthonomice sacerdos dicitur. Et hic mos loquendi est plurimum consuetus ut sacerdotes episcopi nominentur. Et per hoc ratio videtur contrarie (?) ... in tenore operis in quo Crisostomus Basilium consolatur de suatu (?) promotione, uterque enim erat in episcopum electus. Ut tamen particulariter ad singula respondeamus. Ad primum dicendum quod si quis considerat verborum circumstantias nichil ad propositum faciunt. Premittit enim si illi qui in secretis habitant multorum sermonibus non monentur digna quedam est laude patientia, non tamen idoneum argumentum artis. Qui vero fuerit in medijs fluctibus et de tempestate navem liberare potuit tunc merito testimonium perfecti gubernatoris ab omnibus promeretur. Et tunc concluditur ita et ut. Unde si aliquis talem adducas monachum qualis non sit magne gratione (?) sicut Elias fuit, quod diu solus est, si non peccabat neque enim peccat, quippe qui non habet quibus stimuletur aliqua exasperetur, non tamen illi comparandus qui tradita est pluribus et multorum peccata ferre compulsus immobilis permanet et fortis. Circa sic in tranquillitate ita et in tempestate gubernavit se ipsum. Ubi manifestum est quod non comparat statum statui sed spectabilitatem spectabilitati. Et enim monachus in claustro habitans non peccet, non ita est evidens argumentum virtutis sicut si persistit uel episcopus uel quicumque rector illi in medijs persistit variationibus abstinet a peccato.

Sicut non est argumentum tante industrie
si gubernator absque periculo navigat
in mari tranquillo ac si navigaret
in mari tempestuoso / et tamen ad
industriam naute pertinet ut mare
tempestuosum devitet Sic igitur ex
premissis verbis intelligitur aliud dicendum
est nisi quod periculosior est status illorum
curam animarum quam monachorum Et
quod in maiori periculo procederem se
servare maioribus virtutibus arguitur
est unde maior virtus requiritur
ad hoc quod aliquis conservet se a peccato
immunem inter pericula quam in religione
sed maioris utilitatis est vitare pericula
religionem intrando quam pericula
non vitare Quanto enim aliquis magis
amat suam salutem tanto magis
sue salutis debet vitare pericula
Et per hoc patet responsio ad tertium Non
enim dicit quod mallet esse in officiis
sacerdotiis quam in pluribus monachorum
sed quod mallet placere in hoc quam in
illo consilio. Enim sapiens magis
vellet habere tantam virtutem per quam
posset etiam inter pericula secure
existere / quam talem virtutem qua posset
extra pericula salvari Sed quia
presumptuosum est ut aliquis tantam virtutem
se habere presumat per quam posset et
inter pericula esse tutus virtuosus sibi
autem est quod se ex pericula ponat
ut ipse subdit / Et laudabam tanto
studio et bonum pronunciabam scilicet
officium administrationis ecclesie / non
ut liceat defugere sed ut ydoneum
ad eius gubernationem me videre
prudenter ergo refugiebat quia tantam
virtutem per quam ydoneus esset non
sibi superbe astribebat Et similiter
patet responsio ad quartum Si quis in conspectu
multorum positus / perturbatum illud
in fore pelagine securitatis et continentie
splendorem / et alia monachorum
bona incorrupta et integra servare
omnibus preferendus est / maioris enim
virtutis videtur esse ut puritatem
aliquis perfectam conservet etiam inter
pericula puritatis quam si eam ex
pericula conservaret Sed tamen
parum amare puritatem suam videretur

Qui puritatis periculo non
evitat / inter que difficillimum est
et rarissimum omnino puritatem
servare Sit maxima puritas
fuit beate agnetis que etiam
in lupanari posita virginalem
puritatem servavit / Et tamen
constitutam puritatis amatrix
erat nunquam in lupanari intrat
sua virtute unde elegisset /
sed quanto magis pura incedere
gerebat tanto magis lupanar
propria voluntate vitasset Et similiter
est in omnibus talibus Ad quintum
dicendum quod auctoritas illa non pertinet
ad perfectam vitam sed ad gradum
dignitatis Sicut enim primatus
dictat a rege sic non habens
prelationem ad habentem / hoc enim
in questione non queritur an sit maior
dignitate prelatorum quibus cura
animarum non habentem Ad sextum dicendum
quod alia ratio est de episcopis et ple-
banis / nam episcopi principaliter populi
curam habent / plebani autem et
archidiaconi subministratores
et coadiutores eorum Unde dicitur
xvi.a questione i. de his presbiteris
et diaconibus et ceteris clericis
attendendum ut nichil absque episcopi
proprii licencia agat Non itaque
missas sine suo iussu quisque
presbiterorum in sua parochia agat
non baptizet / nec quidquam absque
eius permissione faciet Et in
ad corinthios xii et glosa Opem
opitulatores sunt qui maioribus
ferunt opem ut Titus apostolo
vel archiepiscopus episcopo / gubernatores
vero sunt minorum personarum / guber-
natores ut sunt presbiteri Unde
si quis considerat hoc modo regimine
ecclesie recte comparantur archidiaconi
et plebani ad episcopum sicut in regno
regali prepositi et ballivi ad regem
Et ideo sicut rex coronatur et inungitur
in regno non autem prepositi et ballivi
ita etiam episcopus in ecclesia non autem
prepositi vel plebani Et propter hoc
episcopus est ordo in comparatione ad corpus
misticum non autem plebanatus vel archidiaconatus

Sed officium tamen episcopi ergo si lex sit
archidiaconi et plebani sicut coad-
iutores et ministri ipsius episcopi sunt
religiosi si lex sunt tamen obligatione
que facit statum perfectionis. Sed secun-
dum quod aliqua dicuntur opera vel in
bono vel in malo possunt multis modis ad
inuicem comparari. Uno modo secundum genus
sicut dicimus continentiam virginalem
preeminere in bono continentie vi-
duali. In malo homicidium furto.
Et hoc modo vita activa est fructu-
osior quam contemplativa, sed con-
templativa merito maior est
quam activa ut gregorius dicit in vi°
moralium. Unde zelus animarum
est sacrificium deo acceptissimum
si tamen ordinatum sit ut scilicet homo
primo habeat curam salutis
sue et postmodum aliorum, alioquin
nichil prodest homini si universum
mundum lucretur anime vero sue
detrimentum patiatur ut dicitur Math.
xvi. Alio modo comparatur opus operi
in bono vel in malo non secundum se sed
in ordine ad alium actum. Sicut
abstinentia prefertur in bono sump-
tioni cibi, tamen sumere cibum cum
aliquibus propter caritatem prefertur
abstinentie. Et in malo adulterium
prefertur furto, tamen furari gladium
ad occidendum est gravius quam ad
ulterium. Tercio modo prefertur opus
operi in bono vel malo ex volun-
tate facientis. quod enim ex meliori
voluntate fit melius vel peius
iudicatur. Si ergo comparamus opera
plebani vel archidiaconi operibus
religiosorum tribus modis comparationis scilicet
secundum plenitudinem voluntatis
hic iterum tercium iudicium est.
Quia ille ex ferventiori caritate
operatur opera magis meritoria sunt.
Si vero comparantur secunda comparatione in
ordine ad aliquod aliud opus sic
opera religiosorum sunt incomparabiliter
eminenciora operibus archidiaconi
vel plebani. Ea enim que religiosi
agunt ad illam radicem referuntur
qua tota vita sua deo devoverunt.

Unde non est pensandum quid faciat
sed magis ad que facienda se de-
voverunt. Et sic comparantur ad
eos qui aliquod singulare bonum
opus faciunt sic comparatum ad simile.
Qui enim se dant alicui ad faciendum
opera que iubet committit magis
se dat ei quam ille qui se dant
ei ad aliquod opus faciendum. Unde
supposito quod religiosus secundum
exigentiam sue religionis faciat
aliquod opus quod sit productum simpliciter sed
tamen recipit magnam intencionem
ex ordine ad ipsam obligationem
qua se totum deo dedit. Si vero
comparantur ipsa opera simpliciter secundum
modum comparationis sic aliqua particularia
opera que plebani faciunt vel
archidiaconi sunt maiora
quibusdam particularibus operibus que reli-
giosi faciunt. Sic magis est in-
tendere saluti animarum quam
ieiunare silentium tenere vel
aliqua huiusmodi. Si tamen opera sibi
comparentur multo maiora sunt
opera religiosorum. Si enim procurare
salutem animarum sit magis quam
intendere sibi soli, loquendo in gene-
re, tamen non quotienscumque non intendere
saluti animarum prefertur ei qui est
quotiens non intendit saluti sue.
Si enim aliquis totaliter et perfecte
intendit sue saluti multo magis
est quam si aliquis multa particularia
opera agat ad salutem animarum aliorum
et sue saluti prebeat et si sufficienter
non tamen perfecte intendat. Secundum
quod cum ministrare est aliquis plus
et minus. Unde si illius cui plus com-
missum est tanto sit melior admi-
nistratio quanto magis est quod ei committitur
absque dubitatione plus meretur.
Si vero ille cui minus committitur
multo plus facit quam ille cui magis
committitur etiam si bene faciat
tamen alius plus meretur. Unde ex rebus
humanis apparet. Cui enim minus
beneficium percipit si plus servat ma-
gis debet esse acceptus. Et quanto
aliquis curam animarum magis sit

Comissu gtu ad dignitatem
qa tn religiosus maiora opa
facit ut dctu est ergo magis
meretur Sequitur diuisio
Deinde qstitu e de hijs
que ptinet ad laycos
Et pmo de mrimonio
Vtru mulier que post
votu cotinecie emissu qtrahit
matrimoniu in facie eclie
possit absqz pcto viro carnalit
comisceri Secudo de vsura Vtru
aliquis licite possit retinere
illud qd acquisivit licitis mer
cimoniis de pecunia vsuraria
Ad pmu sic articulus 18
pceditur videtur q mlr
que post votu qtinecie
xviij emisso in facie eclie
cotraxit cu aliquo mrimoniu
posset ei post modu absqz pcto
comisceri Qd cu sit auctoritate
eclie caret pcto cu fiat auctoritate
xpi scdm illud aptli 2 ad corinthi
2o Nam et ego q donaui ppt
vos donaui Et loquitur ipsa
xpi Sz pdcta mlr ex hoc ipo q
i facie eclesie qtraxit mrimo
niu, eclie auctoritate ptatez
accepit ad actu matrimonij
qui e carnalis copula ergo nec
peccat si viro suo carnalit qmiscetur
Sed con votu cotinecie e excelle
tius qua votu cotinecie qa
no digna ponderacio qtinetis
anime ut dr eclici xxvi Sed qui
facit con votu abstinecie peccat
mortalit puta si aliqs frangeret
ieiuniu sexte ferie qa semp
se i sexta feria ieiunaturum
vouisset, ergo multo magis semp
peccat mortalit si con votu co
tinecie emisso alteri psone
corpalit comisceret Rnsio
dicen q votu qtinecie e duplex
scz simplex et solemne Solene
aut votu qtinecie impedit
mrimoniu cotrahendu et
dirimit ia cotractu .i. facit ut
no sit mrimoniu q qtrahitur p
votu solene Vnde manifestu

Est q post votu solenne non
excusatur a pcto si quis matrio
niu in facie eclesie de facto co
trahat et carnali copula vtatur
Votu vo simplex impedit quide
mrimoniu qtrahendu no aut
dirimit cotractu Non enim facit
q mrimoniu sequens sit nullu
sed solu q mlr mrimoniu cotrahat
mortaliter peccat Mrimonio
aut exnte mulier no habet
sui corporis potestate Sed
vir et ecouerso Nullus
aut pt alteri denegare qd
suu est Et ideo mulier mri
monio iucta etia si simplex
votu pfessit no pt denegare
viro suo vsu ppie post sunt
mrimoniu p carnale copula
cosumatu Nemo aut faciens
q debet peccat Vnde qclut
ab omnibus dr q mlr que
post votu simplex cotinecie
mrimoniu cotractu carnali
copula cosumauit iam no
peccat reddendo debitu viro
Sed an peccat exigedo debitu
videtur quibusda doctoribus qd
etia absqz pcto exige potest
ne intollerabile sit sibi mri
moniu onus Sed verius dici
videtur q no peccat reddedo
qa hoc necessitatis est, peccat aut
exigendo quia hoc e volun
tatis que tenetur astricta p
obligacione pcedentis voti
Racio aut diuersitatis racio est
quia votu solene sit p pmissioi
ex quadam tradicione Vnde
votu qtinecie no solemnisatur
nisi vel p susceptione ordinis
sacri p qua homo actualit
diuino cultui mancipatur Vel
p pfessione ad certam regula
p expressa susceptione habitus pfessor
et quia etia sic homo actualit
mancipatur ad seruiendu deo
i religione Votu aut simplex
est p pmissione sine tradicione
Manifestu e aut q possz aliqs
rem que erat sue potestatis

Aliciui no solu pmisit sed etia
tradit no pt eam vlteri altri
dare puta equu vel vestem et
filia. Et si postmod alteri donac
voluerit scda dacio no valet
Unde postq aliqs p votu solene
gtinetie corpus suu deo no
solu pmisit sed etia tradit ad
celibem vitam agendam no
pt illud vlteri giugi dare
ut sit ex necessitate reddere
debitu teneat. Si vo pmittit
aliquid alicui nodu tradit
illud. si postmodu illud tradit
alicui alteri pmissionis fide
frangit tn scda datio valet
ita q ille cui dat pt re data
uti ut vult. Si g psona que p
simplex votu deo corpus suu
pmisit ad celibem vitam du
cendo. si postmodu corporis
sui potestate tradit conugi
actualr p mrimoniu consu
matu peccat quide frangens
voti fidem tamen donaco tenet
et giux habet in corpe eius
ptatem. Unde no peccat de
bitu reddes unde oportet
vtrunqz redde. Ad pm ergo
dicu q mulier que emisit
votu gtinetie contrahens in
facie ecclie no accepit ab eccla
auctoritate ut carnali copla
vtat qa si ecclie gstaret de voto
emisso mrimoniu inhiberet.
Si aut sciret et dispensaret in
voto simplicis gtinetie aucto
ritate apostolica post dispe
sacoe no peccaret mulier
exigendo nec reddedo debitu
Ad 2m q e in gtrariu dicu q eade
racio e in voto gtinetie et
i voto abstinetie. Sic eni psona
q post votu simplicis gtinetie
emissu suipsa ptatem giugi
tradit absqz pcto carnali co
pula vtit debitu reddens
Ita qui post votu abstinentie
suipsa ptatez alteri tradat

Religione intrando absqz pcto
pt ieiuniu solue sui obedi
encia plati et obseruanciam
religionis p q votu solenisat
ab aliis votis absoluat. &c.

Ad 2m sic **articulus 19.** xix XV

A procedit. videt q quicquid
aliquis de pecunia vsu
raria lucratus fuerit
redde teneat. Dicit eni apls
ad romanos xi°. Si radix scta
et rami. sed radix lucri
e infecta et vsuraria go totu
e infectu et vsurariu. Non
ergo pt lucru retinere
nere. Sq con quilibet pt tene
illud q licite acquisiuit. sed
q acquirit de pecunia vsura
ria iterdu licite acquirit. ergo
licite pt retinei. Respo dicu
q huius questionis veritas pt
apparere si considerat ratio quare
vsura accipe sit pctm. Non eni
e pctm solu qa e phibitum
sed quia e con ratione nalem
ut dicit phus in pmo
politicorz. Ad cuius euidetia
considerandu q reru i vsu quam veniectiu
quedam sunt quaz vsus no est
nisi rei gsumacio et si contingit
rem deteriorari vel gsumi per
vsu. hoc e p accidens sicut domus
vestis et huiusmoi. Non eni
uti veste est delere ea neqz
uti domo e destruere ea. et
in talibus aliud e dare vsu
rei et aliud e dare ipsam rei
et ppt hoc qn p pacto modico
vsus talis rei alteri gceditur
no ppt hoc dnium rei transfert
et ppt hoc etia post vendi vsus
rei dnio rei manente apud dnm
sic pt in gduccione et locacone
qui sunt contractus liciti. Quedam
vo res sunt quaru vsus no
e aliud qua gsumacio ipsarum
sic pecunia qua vtit expendendo
vinum quo vtit bibendo et sic
de aliis huiusmoi. In qbus uti
re nichil aliud e nisi gsumere
ipam et ideo i illis qn gceditur

Rei usus pvnitum transferatur etiam
rei dominium, quia ergo usus talis
non separabilis ab ipsa re, consequenter
vendit usum talium rerum retinendo
sibi obligacionem ad sortem red-
dendam, manifestum est quod iste vendit
bis quod est contra equalem iusticiam.
Et ideo exigere usuram est sim-
pliciter iniustum. Tenetur ergo aliquis
illud quod accepit ultra sortem
restituere quia iniuste accepit et
quia dampna refundere usque ad
interesse. Sed circa pecunie usurale
non sit aliquis usus quam ipsa eius
substantia racione iam dicta, patet quod
qui ex quo pecuniam usurariam
reddidit de usu pecunie nichil
reddere tenetur. Tenetur enim ali-
quis reddere illud quod lucratus
esset vel de domo aliena vel
de equo vel alio huiusmodi,
etiam postquam rem huiusmodi reddidisset,
quia in talibus computatur res et
usus rei. Sed illud quod quis acquirit
ab iniusto dicitur quod pecunia usura-
ria non se habet per modum radicis
ad lucrum quod de ea fit sed solum
per modum materie. Radix enim
alicuius lucri est virtus cause active
sicut ministrat alimentum plante
unde in humanis actibus voluntas
et intencio comparatur radici que si
perversa fuerit opus erit perversum
non autem hoc necessarium est e con-
verso quia quod est malum potest enim intendi
malo aliquid bonum. Divisio

Deinde questitum est de
hiis que pertinent quantum
ad animas hominis.
Et primo quantum ad animam
secundo quantum ad corpus. Tercio
quantum ad actum hominis. Circa
animam quesita sunt tria. Primo
quantum ad substanciam eius. Utrum sit
composita ex materia et forma.
Secundo quantum ad cognitionem eius. Tercio
quantum ad penam ipsius. Articulus

xx. Ad primum sic proceditur videtur
quod anima sit composita ex
materia et forma.

Intellectus enim humanus comparatur ad
substancias intellectuales superiores per
recessum simplicitatis. Sed omne quod
recedit a simplici cadit in aliquam
composicionem. Anima autem composita est
ex materia et forma. Ergo quia
humana est composita ex materia et forma.
Contra est quod Philosophus dicit in 3o de
anima quod species rerum materialium prout
sunt in ipsis rebus non sunt
intelligibiles actu quia sunt in
materia. Sed prout sunt in anima
intellectiva humana sunt intelligibiles
actu quia non sunt in materia. Non
ergo anima humana est composita
ex materia et forma. Divisio. Quod in compositis
materia dicatur omne illud quod
est in potencia quocumque modo et forma
dicatur omnis actus, necesse est ponere
quod anima humana et quelibet substantia
creata est composita ex potencia
et actu. Manifestum est enim quod
solus deus est suum esse essentia-
liter existens, igitur suum esse est sua
substantia, quod de nullo alio dici potest.
Esse enim subsistens non potest esse
nisi unum, sicut nec albedo sub-
sistens non potest esse nisi una.
Oporteret igitur quod quelibet alia res sit
ens per participacionem, ita quod aliud
ideo sit substantia participans esse et aliud
ipsum esse participatum. Sed sic potentia se
habet ad actum. Unde substantia cuiuslibet rei
create se habet ad suum esse sicut
potentia ad actum. Sic igitur omnis
substantia creata composita est ex potencia
et actu, id est ex eo quod est et esse.
Et Boecius dicit in libro
de ebdomadibus sicut album
componitur ex eo quod est album et
albedine. Sed videtur materia proprie
dicta accipitur illud quod est in potencia
tamen sic composite est quod anima humana
sit composita ex materia et forma.
Et hoc potest manifestari duobus
modis. Quia est intellectualis
substantia, manifestum est enim quod intelligens
in actu est intellectum in actu.

Intellectum autem in actu est aliquid
cognitum est spirituale, est enim aliquid
perfecte cognoscibile quantum est in
actu, non autem cognitum est corporale
ut dicit Themistius in commento. Unde cum materia
sit quaedam corporea forma in materia
existens non potest esse perfecte cognita
nec intelligentia in actu. Unde sequitur
quod nulla substantia intellectiva cum perfecto
ipsum intellectum in actu sit in materia
eo quod oportet perfectum proportionari
perfectibili. Quinto apparet idem ex hoc
quod anima sit forma cui enim forma
sit actus et illud quod est in potentia
non possit esse actus in potentia
vel aliquid quod sit ex materia et forma
et similiter se totum sit forma. Si igitur anima
quae ponitur composita ex materia et forma
sit forma secundum aliquid sui partem
quae est actus cuius illa pars est
materia, sequitur quod animae partes non sunt
materia. Hoc contra dictam animam quae
actus corporis animati. Ad illud
vero quod in contrarium obicitur quod in corpora
et actus sunt passiva potentia in quibus
sunt materia aliud et forma sunt prima
potentia cognitae substantiae in materialibus vel huiusmodi
non oportet omnes compositorum in
quibus sunt esse ex materia et forma
quod hoc solum verum est in substantiis materialibus
et mobilibus. Articulus

xxi. Deinde quaesitum est de
anima quantum ad eius cogni-
tionem. Et circa hoc quaesita
sunt duo. Primo utrum anima
separata a corpore cognoscat animam
humanam hominis qua in hac vita
cognovit. Et videtur quod non. Omnis
enim cognitio est per aliquam similitudinem
sed in una anima non sunt expressa alterius
animae similitudo in hac vita quae
possit in ea post mortem remanere.
Ergo una anima separata post mortem
non plus aliud cognoscere. Item philosophus
dicit in primo de anima quod corrupto
corpore anima non reminiscitur. Non ergo
recognoscet animam quam in hac
vita cognovit. Sed contra est quod sicut
Lucae xvi dives in inferno positus
animam posita recognovit Laza-
rum in sinu Abrahae positam animam exutam

Respondeo dicendum quod cum nulla substantia propria
operatione destituatur, necesse est ponere
cum anima intellectiva post mortem re-
maneat quod aliquo modo intelligat.
Necesse est autem ei attribuere aliquem
modum intelligendi: ut scilicet intelligat
vel abstrahendo species intelligibiles
a rebus sicut nunc intelligit corpori
unita, vel per species intelligibiles
in corpore acquisitas et in ea con-
servatas post mortem, vel eas
per alias species concreatas vel quali-
tercumque desuper influxas. Quidam enim
dicunt quod animae separatae intelligunt
abstrahendo species intelligibiles a
rebus. Sed hoc esse non potest. Abstra-
ctio enim specierum intelligibilium a rebus
sensibilibus fit mediante sensu et imaginatione
quorum operationes cum sint per organa
corporalia animae separatae attribui
non possunt. Unde alii hoc negantes
dicunt ulterius nec etiam per species acqui-
sitas a rebus sensibilibus dum esset in
corpore anima separata intelligit. Ponunt
enim Avicennam sequentes quod species in-
telligibiles non conservantur in intellectu
possibili nisi dum actu intelligit. Sed
conservantur species particulares rerum
sensibilium solum in imaginativa et etiam
memorativa, ad quas dum intellectus
possibilis se vertit de novo influunt
in ipsum species intelligibiles ab intelligentia
agente. Cum igitur vis memorativa
et imaginativa corrumpantur corpore
corrupto eo quod est virtus organi
corporalis, sequitur quod anima nullo modo
intelligit per aliquas species a rebus
sensibilibus acceptas. Unde relinquitur
secundum eos quod anima separata intelligat
per species concreatas sicut et angeli.
Sed haec quidem positio irrationalis videtur
quantum ad utrumque dictorum. Si enim
species in intellectu possibili non conservarentur
esset contra rationem. Quod enim in aliquo
recipitur est in eo per modum recipi-
entis. Unde cum intellectus possibilis habeat
esse stabile et immobile, species in-
telligibiles oportet quod in eo reci-
piantur stabiliter et immobiliter.
Et etiam Aristoteles qui dicit in iii
de anima quod intellectus possibilis cum fiat
singula sic est accipiens species singulorum

Ut sciens idem ut convenit consider-
are in eo qui habet scientiam tunc quam-
diu actu hoc autem consequenter acci-
dit cum possit operari per seipsum Est
quidem igitur et tunc potentia quodammodo
non tamen similiter sed ante addiscere vel
invenire Ex quibus verbis apparet quod
species intelligibiles quamquam sint
habitu in intellectu ego hic quamvis
actu non operentur Illud etiam
quod dicunt animam habere species intel-
ligibiles concreatas inconvenienter
dicitur Si enim eis potest uti dum est
corpore unita sequitur quod possit hoc
intelligere ea quorum species non accepit
utpote quod cecus intelligat colores
quod patet esse falsum Si autem per unionem
ad corpus totaliter impeditur anima
humana ut speciebus intelligibilibus
concreatis non uti posset sequeretur
quod unio corporis et anime non sit
naturalis Illud enim quod est de natura
rei totaliter non impeditur per aliquid
quod est rei naturale alioquin natura
faceret alterum illorum frustra
Sic igitur dicimus quod anima separata in-
telligere potest quedam per species intelli-
gibiles quas per sensus a rebus
acquisivit dum esset in corpore
Sed iste modus cognoscendi non
sufficit quia multa cognoscit anima
separata que nos in hac vita non
cognoscimus Apparet quia invenimus
videtur quod anime illorum qui in matrinis
uteris moriuntur que forte nullas
intelligibiles species habent et per quas nec
aliquas species intelligibiles acqui-
sitas nichil post mortem intelligat
Unde oportet addere quod anima in
sui separatione a corpore recipit
influxum rerum intelligibilium a
natura superiori scilicet divina
secundum ordinem naturalem quem
experimur ea quod anima humana
quanto magis ex corporibus sensibus
abstrahitur tanto magis potest
esse particeps superioris influxus
sicut patet in dormientibus et
alienatis qui etiam quedam futura
previdunt Sic igitur anima separata potest
alia animam cognoscere tamen per noticiam
quam de ea acquisivit in hac
vita per aliquam similitudinem effectus
ipsius qui est vita hoc tamen per
aliquam similitudinem influxam
a deo naturali influxu Et per hoc
patet responsio ad primum Ad secundum
dicimus quod plerumque loquitur quantum
ad memoriam et reminiscentiam
que est per actus potentie cognos-
centie utentis organo corpo-
rali quo corrupto cessat actus
talis potentie articulus xxiij

Hoc secundum sit perditur videtur
quod non liceat ab aliquo
moriente requirere quod re-
vellet statum suum post mortem
Non enim licet inquirere que deus
vult esse abscondita secundum illud
Ecclesiastici iij° Altiora a te ne quesi-
eris Sed deus vult esse ab-
sconditum statum anime post mortem
quod patet ex hoc quia divitis
petenti ut Lazarus mitteretur
ad fratres suos viventes est hoc
denegatum Sic dicitur Luce xvj°
non ergo licet a morientibus
aliquid requirere Sed contra est quod dicitur
2° Machabeorum xij° Sancta et
salubris est cogitatio pro defunctis
exorare sed quomodo pro eis orari posset
nisi quod cognosceret voluntatem
eorum quam habent post mortem
ergo licitum est et persimiliter hoc a
morientibus requirere Responsio
dicimus quod cum peccatum sit contra naturam
ut patet per Damascenum in 2°
libro requirere complecionem naturalis
desiderii non est peccatum vel aliquid
inordinatum non negatur Sicut
patet in sumpcione cibi et potus
et alia huius Sed aliquis desiderat
Unde si requirat aliquis rei
noticiam non est peccatum nisi forte
per accidens hoc per aliquam incor-
dinacionem adiunctam proveniret
Puta si per studium et inquisitionem
aliquam scientie aliquis impediatur
ab hiis quibus tenetur intendere
puta si predicator impediatur ab of-
ficio debite predicacionis propter studium

Geometrie aut etiam si aliquis
requirat aliquid superbe agnoscere vel
presumptuose de sua facultate confidens
et si qua alia de ordinatis causis hoc
contingeret. Nulla autem de inordinatis
in hac acquisitione videtur si aliquis
requirat a mortuis de gloriose
statu suo post mortem, supposito
tamen ad hoc deo non indicato.
Unde nulla ratio videtur quare
hoc dici debeat esse peccatum nisi
forte ex dubitatione fidei de
futuro statu quem sic temptando
requirat. Ad illud vero quod in contrario
obicitur quod deus vult multa sic
esse nobis abscondita ut eorum
noticiam propriis viribus a merito
acquirere non possimus que tamen
vult revelare humiliter et pie
petentibus secundum illud Math. xi
Abscondisti hec a sapientibus et
prudentibus et revelasti ea par-
vulis. Unde non mirum si super-
bis fidentibus superbi demones deo
nolunt aliqua revelare que
tamen vult revelare fidelibus pie
et humiliter requirentibus.

Deinde dimisso

De questio est de anima
quantum ad penam. Et circa
hoc quesita sunt duo. Primo
utrum anima separata possit pati ab
igne corporeo. Secundo utrum dampnati
in inferno gaudeant de penis
inimicorum suorum quos videt
secum puniri. articulus

xxiii Ad primum sic proceditur. Videtur
quod anima separata non possit
pati ab igne corporeo.
Actio enim agentis est
proportionata passioni patientis.
Sed actio ignis cum sit corpus
phisicum est actio naturalis que consistit
in moveri; ergo nichil patitur ab
igne corporeo nisi quod movetur.
Sed anima non movetur cum sit
indivisibilis. Nichil enim indivisibile
movetur ut probatur in sexto phisicorum.
ergo anima non patitur ab igne
corporeo. Sed contra est quod dives in
inferno existens secundum animam cruciatur
dicitur in hac flamma ut dicitur Luce xvi.
Responsio dicendum quod anima patitur penam ab
igne corporeo sicut fides catholica
docet. Sed quomodo ignis corporeus agat
in animam separatam hoc non habet ex natura
sua, sed inquantum est instrumentum divine
iusticie ut dicitur communiter. Advertendum
tamen est quod nullum instrumentum agit in
virtute superioris agentis nisi exercendo
aliquam actionem sibi connaturalem, alioquin
frustra adhiberetur ad effectum. Sicut
serra inquantum est instrumentum artis facit
artem serrando. Et aqua baptismalis
abluit ut instrumentum divine virtutis
abluendo. Si igitur ignis corporeus
agit in animam separatam ut est instrumentum
divine iusticie punientis necesse est
quod hoc fiat per aliquam actionem igni corporeo
connaturalem. Non autem potest dici quod ignis
alteret animam calefaciendo aut de-
siccando vel ignem dando ipsam. Unde
relinquitur ideo quod Augustinus ponit
xxi de civitate dei scilicet quod anima separata
sicut spiritus demonis patiatur penam
per alligationem quandam ab igne corporeo.
Videmus enim spiritum alligari corpori
quantum naturaliter, sicut anima alligatur corpori
quamquam autem quadam superiori virtute
sic per virtutem superiorum demonum
inferiores demones alligantur arte
nigromantie ymaginibus vel anulis
vel aliis huiusmodi rebus. Multo igitur
virtute divina magis demones vel
etiam anime alligari possunt igne cor-
poreo ut ab eo sentiant penam.
Unde patet responsio ad illud quod in contrario
obiciebatur quod procedit ab actione ignis
que est per alterationem. articulus

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod
dampnati in inferno gaudent
et consolantur de penis inimicorum
suorum quos secum vident in
inferno puniri. Glossa super illud
Ysaye xiiii Omnes principes terre
surrexerunt de soliis suis dicit glossa
Ieronimi quod solacium est malis plurimos
suos socios habere penarum. Sed con-
tra gaudium diminuit dolorem ut
patet per philosophum in vii ethicorum. Sed dolor
dampnatorum est infinitus intensive tamen
ergo potest multiplicari numerus aliquorum
dampnatorum in inferno quod totaliter dolor
eius deleretur quod est contra divinam iustitiam.
Responsio dicendum quod nichil prohibet idem secundum
diversas rationes esse delectabile et triste xxiiii

Tamen sum aliquid dr tre ab eo
q̄ peminet ab eo vo q̄ est mag
denomiat sm̄ quid ap̄ est go
q̄ pena simila qsidata ab eo q̄
ē in iferno al quamco racione
delectabis et quamo roz tristabilis
racione quia delectabilis hic impztu
ipletr volutas dapnati de malo
inimici sui descendut em ad iferm
dapnati cu ap̄tuib suis id ē cum
affecoibz pūis Vt Ezechielis
xxxij Sed ex alia pte hec rone trista
bilis qr dico pmo quia ingitu p
pena inimici ipletr dīna iusticia
qua odiut et blasfemat dapnati
i inferno Ihū illud apokalipsi
xvj estuauerut homies estu mag
et blasfemauerut nome domi
Secundo ptr verme qscie sic em in
eis prauie affectones remanet
q̄ tn de eis dolet ad pmicoz no
ad purgacōne Ihū illud sapie
v° penitēcia agetes et pangustia
spūs gemetes Vn sic penitetes
i hac vita dolent et i dolore gau
dent Ita dampnati i iferno gaudet
de penis inimicoz suoz et tn
de ipo gaudio magis dolet et
scipue si psititerit eis dapnacois
causa Et p hoc patet ressponsio
ad obecta etc Diuisio ij²

Deinde quesitū ē de hoie
quātū ad corpis sexum
Vtrū sz pmq hō si non
peccasset tot fuisset nati
marꝭ quot femie Et videtr
q̄ sic in padiso em vbi sm aug in
fuisset thorus imaculatus et
fuissēt honorabiles nuptiae qtinuiss
sed omes matrimonio vsi fuisset
ut ipleretr pceptu dm̄ pūis ho
minibus datu Crescite et multipli
camini et replete terra Vt habetr
Gen̄ j° Sed in statu inocēcie nulla
masculus habuisset plures vxores
nec aliqua inter plures viros
nec aliquis aut aliqua morte
pzisset go scī q̄ tot mares nasce
rentr quot femie Sed cōn ē q̄
dicit gregorius xto moralium
sup illud Cui em dormies silem

dicit si parente pm nulla putredo
pcti corrupisset nequaqz ex se
filius iehēne gnaret Sed hij
qui nu p redeptore saluandi
sut plus ab eo electi nasceutr
Sed qui nu saluandi sūt no sut
equalit mares et femie go
neqz i statu inocēcie equalit
nascerētr mares et femie
Cuisio ē q̄ si ada no peccasset
nec aliquis de stirpe eius
satis videtr esse credendū q̄
tot nascentr mares et femie
sicut racio pbat Sed illud vero
q̄ i qrim obicitr qt dicit p qui
soli deo cognitus sit eius nus
electorū ignotū ē nobis Vtrū
equales saluetr mares et
femie ut equalit tot maes
quot femie Et si psupponatr
q̄ no i equali nūo mares
saluetr et femie Qt dicit q̄
tu dr hij qui nu p redeptore
saluadi sut ic q̄ hoc p nomine
hij no facit psonale demra
cione Sed simplicit sic cū dr
hec herba cresit i orto meo
ut itelligatr nichil sufficiu
qui q̄ sōla saluadi ab eo nasce
rentr qa nullus nascendo
ab eo trahet dampnacōis
causa Non aut pt p vidcom
homies nūo nascent q̄ nu
nascutr Manifestū em ē q̄ pt
idem homo esse nūo si ab
alio pre ut ab alia matre
nascatr Cū aut multi sūt qui
ex plurib vxoribz filios suscipiut
qui saluatr si i statu inocēcie
pluralitas vxorū no fuisset
ipossibile esset q̄ idem hoies nūo
tunc nascentr qui nu saluatur
Diuisio
Deinde qsitū
est de actibz qbz oibz
homibz covenientibz
Et pmo de qsciēcia Scdo de
penitēcia Circa pm questia
sut duo pmo vtrū qsciēcia possit
errare Secundo vtrū qsciēcia
erronea liget ar lij 2° q̄

Ad pm sic pcedit videtr
q̄ qsciēcia errare no possit
Glosa ad romanos ij dicit glosa

Cū ꝯsciencia ē lex intellectus nři, que ē lex nature sed lex nālis errare nō pt ꝯtra basilius dicit q ꝯsciā ē nāle iudicatoriū Sꝫ nāle iudicatoriū nō pt errare ut patet ī pmis pris demonstrabilibꝫ de quibus ꝯsō nalr iudicat ergo ꝯsciā nō pt errare Contra ē q jo. xvi dns dicit discipulis loquens venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur ꝛc Sꝫ hoc nō ē nisi ꝯsciā errante ergo ꝛc Respō dicēdū q ꝯsciā sicut ipm nomē sonat importat applicacōez scie vel notitie hūane ad aliquem ppriū actū Sꝫ mez aut notitia q homo hꝫ pt ad suū actū applicari sic memoria ꝑut homo dicit hre ꝯsciāz testificante q fecit aliqd vel nō fecit sive etiā sciaz vlem vel ꝑticularē ꝑ quā hō pt cognoscere utrū aliquid sit faciendū vel nō faciendū et sm hoc sciā dr urge vel impedie Manifestū ē aut q si attēdamus diuersas cognitōes ī aliqua ꝯsciā pt esse error et ī aliqua nō In pmis eñ pncipijs naturalit cognitis sive sit speculatiua sive opatiua nullus pt errare sic ī ist Quē totū ē magis suā pte vel nulli iniuria esse facienda In alijs aut hūanis actibꝫ cognitionibus magis ꝑticularibus sive ptineant ad racōez īferiore que ꝯsiderat hūana sive ad racōne supiore que ꝯsiderat diuina pt multiplex error accide Manifestū est autez qa applicacōne nullarū cognitionū ad actū pvenit error quiqz cognitōes nō fuerit erronea sic patet q fsitas accidit ī cōclusiōe quiqz pmissarū fuerit falsa Sꝫ ergo licet ī cognitiōe pmorū pncipiorū iuris nālis nō pt error tn quia ī alijs pncipijs iuris hūani vel diuini pt error accidere Ideo ꝯsciā hōis errare pt Ad ꝛc pꝫ q heretici q hꝫ ꝯsciā numqz invadi habet ꝯsciencia erronea ut sup q credit omē iuramentū esse ꝯtra pceptū dei licet in hoc nō erraret q estimat ipm esse faciendū ꝯtra pceptū diuinū Ad pm ergo dicēdū q pncipia pticularia hnt pncipium ꝯcludēdi ex pmis pris vlibus Unde ꝯclusio actiū mutr pncipaliter pmis pncipijs sic effectus cause sunt et eadem racōe, quia ꝯsciā pncipalit dependet ex pncipijs iuris nālis sic ex vlib et pse notis pncipijs Lex dicitur ꝯsciā dr lex nālis vel nāle iudicatorium ꝛc Unde patet ad 2m ꝛc

Articulus 2ᵘˢ xxvij

Hoc 2m sic proceditur videtur q ꝯsciā erronea non ligat ad pctm Dt eñ aug dicit ꝯtra faustū omē pctm ē ꝯtra legem eternā que ē lex dei, Sꝫ quiqz ꝯsciā errans phibet illud q nō ē ꝯtra lege dei Sicut patet in hcijs ꝯsciā erronea phibente uolunt mirari nec comedere carnes nec bibe vinū Non ē ergo eis pctm si ꝯtra sciam hoc faciunt et ita ꝯsciencia erronea nō obligat ad pctm Contra ꝯsciā erronea quiqz dicat q faciat hoc q ē ꝯtra lege dei, sicut heretici, sicut ꝯsciā erronea dictat q pdicet ꝯtra legē et fidem catholicā Sꝫ faciēdo ꝯtra legem dei peccat mortalit Si igit faciēdo ꝯtra ꝯsciāz erroneam peccaret mortalit, sequeretur q utrobiqz esset pctm sic pdicaret ꝯtra legem dei sive nō et ita esset pplexus q videtur esse inconveniens, qa sequeretur q nō pateret ei via salutis tñ nj omibꝫ pateat ppenitētia in hac vita Non ergo ꝯsciā ligat erronea Sꝫ ꝯtra est illud q ad romanos xiiij dr Sꝫ illud omē q nō ē ex fide pctm ē dicit glosa Id ē qui facit ꝯtra ꝯsciāz ꝯstituat ad iehenā Respō dicēdū q cū actū recipiat spem ab obiecto nō recipit spem ab eo sm materiā obiecti Sic visio lapidis nō recipit spem

Nil lapide sed a colore qui est per se
obiectum visus Similiter autem actus
quantumcumque sit causa peccati vel meriti
requiritur esse voluntarius Obiectum autem
voluntatis est bonum apprehensum
et ideo actus quantumcumque indicatur
bonus vel virtuosus vel viciosus
secundum bonum apprehensum in quod fertur
voluntas fertur et non secundum materiale
obiectum actus Unde si aliquis
credens occidere feram occidit
hominem incurrit homicidii peccatum
Et econverso si aliquis venator
putans occidere feram debita dili-
gencia adhibita occidat casualiter
hominem immunis est a homicidii peccato
Si ergo aliquid secundum se non est contra
legem dei ut levare festucam
de terra vel iurare et illud appre-
hendat conscientia ut contra dei legem
exiens et sic voluntas in ipsum
feratur a consensu est quod voluntas
fertur ipse loquendo et formaliter
in illud quod est contra legem dei,
materialiter autem in id quod non est contra
legem dei Et ideo manifeste
est quod est ibi contemptus dei et
ideo necesse est quod ibi sit peccatum Et
ideo dicimus quod omnis conscientia sive recta
sive erronea sive in se malis
sive indifferentibus est obligatoria
ita quod qui contra conscientiam facit peccat
Ad primum ergo dicendum quod licet hec etiam
qui iurat conscientia erronea videlicet
credens iurare materialiter loquendo
non facit contra legem, formaliter
tamen facit ut dictum est Ad secundum dicendum
quod aliqui dictat conscientia ut faciat
illud quod est contra legem dei, si non
facit peccat, et similiter si facit peccat
Circa ignorancia iuris non
excusat a peccato nisi forte sit igno-
rancia invincibilis, sicut est in
furiosis et amentibus que omnino
excusat Nec tamen sequitur quod sit perplexus
simpliciter, sed secundum quid, potest enim conscientiam
erroneam deponere, et tunc facere
secundum legem dei et tunc non peccat
Non est autem inconveniens quod aliquo posito
aliquis sit perplexus, sicut sacerdos
qui tenetur cantare, si sit in peccato
peccat cantando et similiter non
cantando, nec tamen simpliciter est perplexus

Venia potest penitencia agere et absque
peccato cantare Dicit eciam in silogisticis
uno inconvenienti dato alia sequuntur
dicitur philosophorum primo Divisio

Deinde quesitum est de peni-
tencia Et circa hoc quesita
sunt duo Primo utrum aliquis
sacerdos si penitenti dicat si quicquid
boni feceris sit tibi in remissionem
sit satisfactio sacramentalis Secundo
utrum ei qui dimisit divinum
officium dicere, cum teneretur ad ipsum
possit iniungi aliqua penitencia
pro illa omissione vel sit ei inpo-
nendum quod iteret quod omisit

Articulus 28 xxviij

Ad primum sic
proceditur videtur quod predicta
satisfactio non sit sacrame-
ntalis Sacramentalis enim
satisfactio ad aliquid obligat Sed
ille cum predictus nunquam satisfactor
indicatur ad nichil ligatur, igitur
videtur quod non est sacramentalis sa-
tisfactio quia potest ad nichil aliud
homo tenetur Sed penitens cum
sic satisfactio iniungitur a sacerdote
nichil aliud tenetur implere
cum nichil aliud sit sibi mandatum
ergo huiusmodi satisfactio est sacra-
mentalis Responsio dicendum quod hic est
quadruplici distinccione utendum
Primo enim considerandum est quod peccator
est debitor alicuius satisfactionis dum-
modo non ex iniunccione sacerdotis
alio modo ex peccato commisso Unde
si contingat quod sacerdos minorem
satisfactionem imponat penitenti
quam sit illa ad quam obligatur
ex quantitate sui peccati subtracto
eo quod remittitur virtute clavium
et contricionis precedentis nichilominus
penitens ad aliquid ulterius obligatur
quod si in hac vita non perfecit in
purgatorio exsolvet Et econverso
si sacerdos imponat maiorem
penitenciam quia penitens facere
teneatur pensata remissione
que est facta per virtutem clavium et
contricione precedente quod sibi est
iniunctum si sibi assit facultas Secundo
considerandum est quod opus quod quis
facit ex iniunccione sacerdotis pe-
nitenti duplicem habet efficaciam

Et valet penitenti uno modo ex natura
operis alio modo ex vi clavium Cum
enim satisfactio a sacerdote absolute
iniuncta sit pars penitentie manifestum
est quod in ea operatur vis clavium ita
quod amplius valet ad expiendum
peccatum quam si proprio arbitrio uel sponte
faceret idem penitens opus Tertio con-
siderandum est quod satisfactio ad duo
valet valet enim ad expiationem
culpe preterite valet etiam ad cau-
telam culpe future Sic enim homo
ieiunat et per hoc prebetur ei re-
medium contra concupiscentias carnis
Item 4to considerandum est quod sacer-
dos potest penitenti satisfactionem iniunge-
re ex proprio arbitrio vel ex
consilio alieno Et quoniam dictum est quod
sicut potest sacerdos iniungere satis-
factionem penitenti ex arbitrio
alieno ita ex arbitrio penitentis
Dicunt si dicatur facias hoc si po-
tes si non potes facias hoc Et
sic videtur cum sacerdos dicit quicquid
boni feceris sit tibi in remissionem
peccatorum videtur satis congruum quod sacer-
dos non oneret penitentem cum
onere satisfactionis Primo sicut
parvus ignis a multis suppositis
de facili extinguitur ita posset
contingere quod parvus affectus contricionis
in penitente nuper excitatus per
grave onus satisfactionis extin-
gueretur peccator totaliter desperante
Unde melius est quod sacerdos penitenti
indicet quanta penitentia esset sibi
pro peccatis iniungenda et iniungit sibi
nichilominus aliquid quod penitens
tollerantius ferat et tamen complere
assuefiat ut maiora impleat quam
sacerdos sibi iniungere non acceptasset
Et hoc modo que propter inminucionem
expressa facilius penitens accipit
maiorem vim expiationis culpe
preterite ex illa generali iniunctione
qua sacerdos dicit Quidquid boni
feceris sit tibi in remissionem peccatorum
Unde laudabiliter consuevit hoc a
multis sacerdotibus dici licet non
habeat maiorem ad presens remedium
contra futuram culpam et istud ad hoc

Satisfactio talis est sacramentalis
igitur virtute clavium est culpe
commisse expiatio Et per hoc
respondetur ad obiecta articulus xxviij

Ad 2m sic proceditur videtur quod
qui obmisit divinum offi-
cium iniungendum quod iterato dicat
Primum enim tenetur ad aliquod
debitum spirituale complendum non est
liber nisi illud debitum solvat
Si ergo aliquis teneatur ad hoc
debitum scilicet ut divinum officium dicat
videtur quod non possit absolvi nisi
hoc debitum solvat Sed contra est
quod penitentie sit arbitrale ergo
pro peccato talis obmissionis que est
pena secundum arbitrium sacerdotis
potest imponi Responsio dicendum quod in omni
divino officio est hoc quod generaliter
pertinet ad laudem et ad suffra-
gium fidelium sed distinguitur unum
officium ab alio secundum diversitatem
temporum et locorum / Rationabiliter
enim institutum est quod diversimode deus
laudetur secundum congruentiam temporum
et locorum Et ideo sic in divinis
officiis exercendis observanda
est congruitas loci ita et congrui-
tas temporis que quidem observari
non posset si oporteret iniungere
obmittenti quod horas dicat quas
obmisit / forte enim completorium di-
ceret circa horam tertiam Et in tempore
pascali diceret officium dominice
passionis quod esset absurdum Et ideo
non videtur esse iniungendum ei qui
obmisit divinum officium quod horas
easdem non repetet sed aliquid aliud
ad laudem divinam pertinens puta
quod dicat septem psalmos vel unum
psalterium vel aliquid amplius secundum
quantitatem delicti Sed illud vero quod
in contrarium obicitur dicendum quod tempore de-
bito officium pretermittente iam est
impotentia ad solvendum tempore debito
Et ideo quia hoc non potest facere iniun-
genda est ei aliqua alia penitentia

Deinde questio dimissio
est de creatura pura corporali
Et circa hoc questio sunt duo
Primo utrum sit de arcu
nubium qui dicitur iris signum diluvii
non futuri 2do utrum possit demonstrative
probari quod mundus non sit eternus

Articulus xxx

30

xx Ad xx(m) sic proceditur videtur quod
arcus nubium non sit signum
diluvii non futuri. Illud
enim quod fit ex necessitate nature
non videtur esse institutum ad aliquid
significandum. Sed arcus nubium
provenit ex necessitate propter oppositionem
solis ad nubem roridam. Ergo
non videtur esse signum diluvii non
futuri. Praeterea huiusmodi apparitiones
aeris sicut iris et halo id est
circulus contingens sole et luna
et alia huiusmodi causantur principaliter
ex vaporibus humidis in aere
existentibus ex quibus fiunt pluvie
que diluvium faciunt ergo apparitio
iris magis est signum diluvii
futuri quam non futuri. Praeterea si
signum est diluvii non futuri, aut
est signum diluvii numquam futuri
aut est signum diluvii non futuri
usque ad aliquod tempus. Si autem est
signum diluvii numquam futuri
non oportuisset quod apparuisset
nisi semel. Si autem est signum
diluvii non futuri ad aliquod
tempus oportet esse determinatum quod
quidem declarare non potest nec auctoritate
scripture nec ratione humana ergo
frustra huiusmodi signum datur.
Sed contra est quod dicitur Genesis viiii:
Arcum meum ponam in nubibus celi
hoc erit signum federis inter me
et terram. Et postea subditur: et
non erit ultra aqua diluvii ad
delendum universam carnem.
Responsio: dicendum quod in hiis que in veteri
testamento dicuntur primo quidem
observanda est veritas litteralis.
Sed quia vetus testamentum in figura
novi precessit, utrumque in veteri testamento
sic aliqua ponuntur ut ipse modus
loquendi aliquid significari designet.
Dicendum ergo quod cause rerum multe
sunt latentes, effectus autem sunt
manifestiores, ideo effectus ponuntur
in designatione causarum. Est autem
considerandum quod pluviarum cause
efficientes quidem sol, materialis vero
vapor humidus elevatus de
terra et aquis per virtutem solis.
Hec autem duo in triplici dispositione
se possunt habere. Quandoque enim calor solis
omnino supprimit vapores et exsiccat eos et tunc pluvie sequi
non possunt unde Egypto et terris
multum calidis raro fiunt pluvie
in estate, etiam propter propinquitatem
solis fiunt pluvie rariores in
hieme vero frequentiores. Quandoque
vero e contrario virtus solis ad hoc usque
valet quod vapores multiplicat
sed tamen non potest eos desiccare
et tunc superhabundant pluvie
et est timor diluvii aquarum. Quandoque
vero medio modo se habet ut virtus
solis non solum sufficit ad elevationem
vaporum sed etiam habet victoriam
super eos ut non tamen multiplicentur
quod diluvium inducere possunt, neque
etiam ut vapores omnino desiccentur
et pluvia non sequatur. Et ex
hac media dispositione in qua
solis ad vapores causatur iris,
unde non apparet vaporibus omnino
desiccatis nec etiam eis in aere
omnino superhabundantibus. Et ideo
iris est signum diluvii non futuri
in quantum procedit ex tali causa que
repugnat diluvio. Ideo autem
scriptura tali modo loquendi utitur
quia per iridem signatur Christus per
quem protegimur a spirituali diluvio.
Ad primum ergo dicendum quod iris procedit
naturaliter ex talibus causis que
repugnant diluvio. Et ideo
convenienter iris dicitur signum
diluvii non futuri. Ad secundum dicendum
quod potest causare pluvias sed non
superhabundantes usque ad hoc
quod faciunt diluvium. Ad tertium
dicendum quod iris semper apparens signat
quod tam diu non erit diluvium
quamdiu sol et vapores in eorum
dispositione consistunt. Et ideo non
est superfluum quod frequenter apparet.
Ad xxi(m) sic articulus 21 xxi
proceditur videtur quod demonstrative probari posset
mundum non esse eternum.
Si enim mundus esset eternus
non posset computari numerus annorum
ab initio mundi; hic autem numerus
scribitur in paschali cereo

Hic ergo non posset pascalis ce-
reus in ecclesia benedici. Item
epacte computantur secundum excrescentia
annorum lunarium super annos
solares, sed talis excrescentia
computari non posset si mundus esset
eternus ergo mundus non est eternus
Sed contra illud quod est fidei non potest
demonstrari quia fides est non
apparentium ut dicitur ad Hebreos
xi. Sed mundum esse ex novo primo
est fidei articulus unde et prophetice est
a Moyse dictum est In principio
creavit deus celum et terram
Ut gregorius dicit in prima homelia
Ezechielis. Ergo mundum non esse
eternum non potest demonstrative probari
Responsio dicendum quod cum a summe voluntati
divine subsistit demonstrative
probari non potest. Unde ut dicitur i
ad Corinthios ii. ea que sunt fidei nemo
novit nisi spiritus dei. Creatio
autem mundi non dependet ex alia
causa nisi ex sola dei voluntate
Unde ea que ad principium mundi
pertinent demonstrative probari non
possunt, sed sola fide tenentur et
prophetice per spiritum sanctum revelata
sunt Sicut apostolus post premissa
verba subiungit Nobis autem reve-
dei lavit deus per spiritum sanctum. Est autem valde
cavendum ne de eis que fidei
sunt aliquis demonstrationes adducere
presumat propter duo. Primo quidem
quia in hoc derogaretur excellentia
fidei cuius veritas omnem humanam
rationem excedit secundum illud Ecclesiastici
tercio plurima super sensum hominis
ostensa sunt tibi, que autem demonstra-
tive probari possunt rationi humane
subduntur. Secundo quia plerumque tales rationes
frivole sunt et dant occasionem
irrisionis infidelibus, dum putant
nos propter tales rationes huiusmodi his
que sunt fidei assentiamus. Et hoc
expresse apparet in rationibus hic in-
ductis que derisibiles sunt et
nullius momenti. Ad 3m cum primo
arguitur de cereo pascali nulla auc-
toritas est probans aut auctoritate
non est probare demonstrative sed fidei
semper opinionem facere et hoc multo
validior esset auctoritas sacre

Scripture qua cerei presertim
cum sine ascriptione annorum
mundi cereus pascalis benedici
posset. Non enim est de necessitate
pascalis cerei talis ascriptio
Unde in nostris terris non est
consuetum quod aliquid cereo ascribatur
Et quod 2o apponitur de risibilitate
est. Non enim excrescentia annorum
lunarium ad solares computari
ab initio mundi, sed ab aliqua determinata
radice puta ab aliqua oppositione
solis et lune vel ab aliqua
coniunctione vel ab aliquo signo
sicut et in omnibus aliis computatio-
nibus astronomicis. Sequitur
quotlibetum quartum etc.

ar. q. 1.

Quesitum est de rebus
diuinis et humanis
Circa res diuinas
quesitum est primo de
essencialibus 2o
de personalibus Circa
essencialia quesitum est
primo de scientia dei 2o
de eius potencia Circa scientiam
quesitum est vtrum in deo sint
plures ydee et videtur quod sic. dicit
enim aug. in libro octuaginta
trium questionum quod deus singula
propriis racionibus creauit et alia
racione hominem et alia racione
equum Sed raciones rerum in
mente diuina dicuntur ydee ut
patet per aug. in ibidem ergo sunt plures
ydee in deo Contra secundum hoc sunt
aliqua distincta que deus earum
distinctionem cognoscit cognoscit
aut aliorum distinctionem in se ipso
ergo distinctarum rerum sunt in deo
plures et distincte ydee Contra
omne nomen quod in diuinis dicitur
aut est essenciale ut deus aut personale
ut pater aut nocionale ut generans
Sed hoc nomen ydee non est
personale neque nocionale quia
tribus conuenit tribus personis ergo
est nomen essenciale Sed nullum
essenciale multiplicatur in di-
uinis ergo non possumus dicere quod in
deo sunt plures ydee Responsio dicendum
quod duplex est pluralitas vna quedam
pluralitas est rerum et secundum hoc non
sunt ydee plures Nominat enim
ydea formam ex rerum Est enim
vna res que est omnium exemplar
scilicet diuina essencia qua omnia imitantur
in qua sunt et bona sunt Alia
vero pluralitas est secundum intelligencie
raciones et secundum hoc sunt plures
ydee licet enim omnes res ipsam
sunt in diuina essencia imitantur
non tamen vno et eodem modo omnia
imitantur sed diuersimode et secundum
diuersos modos Dicitur ipsa diuina
essencia secundum quod est imitabilis
hoc modo ab hac creatura esse propria
racio et ydea huius creature
et sic de aliis Vnde secundum hoc
sunt plures ydee secundum quod intelliguntur
diuina essencia secundum diuersos
respectus quos res habent ad ipsam
quam diuersimode imitantes hos
autem respectus non solum intelliguntur
ab intellectu creato sed etiam ab
intellectu increato ipsius dei Scit
enim deus et ab eterno sciuit
quod diuerse creature diuersimode eius
essenciam imitantur Et secundum
hoc ab eterno fuerunt in mente
diuina plures ydee siue raciones
rerum intellecte in deo hoc enim
sit nomen ydee ut scilicet quedam forma
intellecta ab agente ad cuius simili-
tudinem exterius opus producere
intendit Sicut edificator in
mente sua concepit formam domus
que est quasi ydea in materia
fienda Ad primum ergo dicendum quod aug.
intelligit esse aliam et aliam
racionem secundum diuersitatem respectuum
ut dictum est Ad 2m dicendum quod cum
dicitur secundum hoc sunt res distincte
quod deus earum distinctionem cognoscat
hec locucio est duplex Vno enim modo
secundum quod deus cognoscit potest referri
ad cognicionem diuinam ex parte
cogniti vel ex parte cognoscentis
Si ex parte cogniti sic est vera
locucio est enim sensus quod hoc modo
res sunt distincte sicut deus
cognoscit eas distinctas Si vero
referatur ad cognicionem ex parte co-
gnoscentis sic est locucio falsa
est Erit enim sensus quod res cognite
illo modo distinctionis habeant
in intellectu diuino quo habent in
se ipsis quod falsum est Diuina in se
res sunt diuerse essencialiter non
autem in intellectu diuino Ubi eciam
res in se ipsis materialiter in intellectu
sunt autem diuino immaterialiter Et in
hoc vltimo sensu procede-
bat obiectio Ad tertium di-
cendum quod ratio illa procedit
de pluralitate reali talis
enim pluralitas in nomi-
nibus essencialibus non
invenitur sed solum plu-
ralitas que est secundum intelligencie
racionem etc. Diuisio.

Deinde quesitum est de
pertinentibus ad potenciam
dei in speciali utrum in deo
sit virtus secundo de quodam
effectu divine virtutis utrum
scilicet aque sint super celos tercio
scilicet ad quid virtus divina se ex-
tendere possit **articulus 2us**

vi Ad primum sic proceditur videtur
quod in deo non sit virtus quia
ut dicit philosophus primo de celo
virtus est ultimum potencie
sed divina potencia non habet
ultimum cum sit infinita ergo in deo
non est virtus Sed tamen omne inmedi-
atum operacionis principium virtus
est, operacio enim a virtute aliqua
procedit Sed in deo est aliquod
inmediatum operacionis principium
quo deus inmediate aliqua operatur
ergo in deo est virtus Responsio
dicendum quod ~~virtus~~ qualitercumque virtus
accipiatur significat potencie
complementum, et inde est quod virtus
uniuscuiusque rei que bonum facit ha-
bentem et opus eius bonum
reddit ut dicitur in secundo ethicorum
Per eam enim ostenditur potencia esse
completa cum et agens est perfectum et
actio perfecta Cum autem potencia
dei sit maxime completa potentissime
in deo virtus invenitur ut dicitur
sapientie xii virtutem ostendis tu
qui non crederis in virtute consummatus
Et in psalmo magnus dominus et
magna virtus eius Sed presciendum
quod virtutes quandoque notificantur
non per aliquid quod de virtute essencia-
liter predicetur, sed per illud ad quod
virtus ordinatur et ab eo speciem
habet sicut augustinus dicit cum fides
est credere quod non vides, credere enim
non est ipsa fides, sed actus ad quem
fides ordinatur Et hoc modo philosophus
diffinit virtutem, cum dicit quod virtus est
ultimum potencie, quia scilicet virtus rei
attenditur in ordine ad hoc in quo
ultimum potest Sic virtus alicuius qui potest
ferre centum libra ut ipse ibidem
dicit non consistit in hoc quod ferat
decem, sed in hoc ut ferat illud
ultimum in quod potest non respectu primum

Sed respectu tocius quod potest virtus
divina non potest attendi secundum aliquod
ultimum opus ipsius, quia nullum opus
eius est quod adequet eius virtutem
ut deus amplius facere non posset
Sed virtus eius attenditur secundum totum
quod potest, hoc autem infinitum est, quia
deus infinita facere potest Unde et
virtus est infinita et hoc est ultimum
ei infinita posse, sicut virtuti
finite ultimum est aliqua determinata
post se etc. **articulus tercius**

Ad 2um sic proceditur videtur 13 vii
quod aque habentes veram
speciem aque elementaris
super celos existant homo
enim dicitur minor mundus propter simili-
tudinem quam habet cum mundo maiori
Sed videmus quod in corpore humano
supponitur cerebrum quod habet naturam
aque cordi quod habet proprietatem
ignis cum in eo est fons naturalis
caloris, ergo eciam in mundo maiori
aqua superponitur aliis elementis
Et hec racio videtur esse augustini
in xio de civitate dei ubi dicit
de quibusdam qui ponderibus elemen-
torum moventur, et ideo non putat
aquarum fluida grave quam naturam
in superioribus mundi locis potuisse
constitui qui secundum raciones suas si
ipsi hominem facere potuissent non
ei pituitam que grece flegma
dicitur, et tamquam in elementis cor-
poris nostri aquarum vicem obtinet
in capite ponerent Sed tamen partes mundi
optime et ordinatissime sunt
disposite secundum suam naturam Sed illud
quod speciem aque habet naturaliter est
ponderosum, et ita naturaliter subsidet
corporibus levibus aeri et igni non
ergo aliquid habens vera naturam
aque super celos existit Responsio dicendum
quod sacra scriptura que mentiri
non potest expresse dicit aquas esse
supra celum dicitur enim gen. 1o
quod divisit deus aquas que
sunt sub firmamento ab aquis
que sunt super firmamentum Et in
psalmo dicitur Aque que super celos
sunt laudant nomen domini Et ideo
sicut augustinus dicit in 2o super gen.
ad literam Quoniam et qualescumque sint

Ubi aque ibi eas esse minime
dubitemus. Maior quippe est
sacre scripture huius auctoritas
quam omnis humani ingenii capa-
citas. Sed sicut augustinus in primo eiusdem
libri dicit turpe est nimis et
periculosum et magis cavendum
ut christianum de hiis rebus secundum
naturalibus quasi secundum christianas
litteras loquentem ita delirare
quilibet infidelis audiat ut quem-
admodum dicitur toto celo errare
conspiciens risum tenere vix possit.
et non tam molestum est quod
errans homo deridetur. sed auc-
toribus nostris ab eis qui foris sunt
talia sensisse creduntur et cum magno
eorum exitio de quorum salute satagimus
tamquam indocti reprehenduntur atque
respuuntur. Et ideo quia sicut ipse
sic innuit multiplices expositiones
videndum est quas ipse posuit in
verbis Gen. et sic certificatur
una expositio quod alteri expositioni
non preiudicet que forte melior
est. Dic ergo quod dicitur de aquis
super celos existentibus materialiter
potest intelligi. Uno modo ut per firmamen-
tum non celos intelligamus
firmamentum scilicet celum in quo
sunt sidera sed hunc aerem in quo
aves dicuntur volare. super quem
aerem aque vaporabiliter ex-
elevantur et exinde pluvie generantur.
Et de hac expositione dicit augustinus
in 2o super genesim ad litteram
hanc considerationem dignissimam
iudico quod cum dicitur neque contra
fidem est et promptu posito credi
potest. Si autem per firmamentum ut
celos intelligatur firmamentum
ubi sunt sidera posita sicut creditur
est de hoc firmamento diversas
opiniones fuisse quidam enim
posuerunt firmamentum illud
ex iiiior elementis compositum que
videtur fuisse expositio empedoclis
et secundum hoc nichil prohibet dicere
super celum sidereum aquas esse
elementares tamen simplici-
ores et super ignem a quo vocatur
celum empireum. aliorum autem positio
est quod celum illud sit igneus naturae sicut
posuit plato. Vel quod non sit de na-
tura elementorum sed quinte aliorum
nature sicut posuit aristoteles utrumque
horum supposito in quibus videtur super
firmamentum illud quam aquam
elementarem naturaliter esse dispositam
Unde autem sicut augustinus dicit in 2o
super genesim quemadmodum instituit
naturas rerum nos convenit querere
numquid in eis vel ex eis ad
miraculum sue potentie velit
operari. Sed tamen aquas aliquales
super huiusmodi firmamentum
ponere possumus. Uno modo ut per aquam
intelligamus totam materiam corporalem
sicut accipitur in principio gen. et
secundum expositionem augustini. Et ideo
secundum hunc intellectum aquas esse
super celos sidereos nichil aliud
est dicere quam aliquid de materia
corporali super hos celos existere.
Et hoc etiam a dictis philosophorum mo-
dernorum non discordat quia po-
nunt super octavam speram in qua
sunt stelle aliam speram in qua
nulla est stella. Et hanc expositionem
ponit augustinus super gen. contra manicheos
Alio modo potest dici quod sicut celum
empireum dicitur igneum non quia
habeat speciem ignis sed propter
splendorem. Ita etiam aque super
dicuntur non quia habeant speciem aque
sed quia habent diafaneitatem ad modum
aque ut supremum celum secundum quod
empireum dicitur sit totum splendidum
2m autem post hoc quod aqueum dicitur
sit totum diafanum. Tercium autem
celum quod dicitur sidereum sit partim
lucidum et partim diafanum. Dic
igitur quod utrumque potest veritas sacre
scripture salvari dummodo de
non coartandus sensus sacre scripture
ad aliquid horum. Sed pro ergo hoc
quod homo assimilatur maiori mundo
quantum ad aliquid igitur scilicet
constat ex corporali et spirituali na-
tura. Habet enim universo non tamen quantum
ad omnia assimilatur universo unde
cum primum in homine non est sine quo erigit

Eorum natura sed prout exigit ratio
finis ponit enim cor in medio ut
ex eo diffundantur operationes
vite de facili per totum corpus
cerebrum autem positum in supremo
ut operationes naturales que
ibi quodammodo perficiuntur non im-
pediantur per dimensiones corporum sub-
iunctarum Sicut etiam ordo
cognitionis humane non est secundum
ordinem nature aliud sed quod ad
nos Augustinus autem non intendit
quid asserendo sed obviando
hiis qui scripturas prophane
interpretantur Quinta divisio

Deinde considerandum est
de hiis ad que divina
potentia se extendere potest
Et circa hoc queruntur duo
primo utrum deus possit aliquid
in nichilum redigere Secundo si aliquid
esset in nichilum redactum utrum
deus possit recuperare illud
idem in numero Articulus primus

Ad primum sic proceditur videtur
quod deus possit aliquid in
nichilum redigere equalis
enim est distantia non entis
ad ens et entis ad non ens Sed
potest ex nichilo aliquid facere ergo
deus potest ex aliquo facere nichil
Sed contra deus non potest esse causa
non defectiva sed causa que facit
tendere in non esse est causa
defectiva ergo deus non potest redi-
gere aliquid in nichilum Responsio
dicendum quod de potentia dei loqui
possumus dupliciter Uno modo
absolute considerando eius potentiam
Alio modo considerando ipsam in ordine
ad sapientiam vel prescientiam suam
loquendo igitur absolute de dei
potentia sic potest deus universam
creaturam redigere in nichilum
Cuius ratio quia creatura non
solum producitur in esse a deo agente
sed etiam per actionem dei conservatur
in esse secundum illud ad hebreos primo
Portans omnia verbo virtutis sue
Unde augustinus dicit x° super genesim
ad litteram quod virtus dei si aliquando
ab eis que creata sunt regendis cessa-

iiij

ret et eorum cessaret species omnis-
que creature natura consideret Sicut
autem deus propria voluntate agit et
non ex necessitate nature ad rerum produ-
ctionem ita etiam ad earum conserva-
tionem Et ideo potest subtrahere sua
actione a rebus conservandis
et hoc ipso omnia in nichilum decide-
rent Si vero loquimur de potentia dei
in ordine ad eius sapientiam
vel prescientiam sic non potest fieri quod res
in nichilum redigantur quia non est
hoc divina sapientia Creavit enim
deus ut essent omnia ut dicitur
sapientie primo non ut in nichilum caderent
Ad secundum dicendum quod causa defectus alicuius
potest esse duplex Uno modo ex propria
intentione sicut cum aliquis abstrahendo
lumine causat tenebras et secun-
dum hoc non oportet quod sit causa defectiva
illius quod causat per defectum sic deus
potest esse alicuius defectus causa vel
excecationis vel obdurationis vel
adnichilationis si vellet Alio modo
aliquid est causa defectus per intentionem
et sic semper oportet quod causa de-
fectus sit defectiva quia ex defectu
agentis contingit quod non inducat
perfectionem in suo effectu Et sic
deus nullo modo potest esse causa
defectus sic tendenti in non esse

Ad secundum sic proceditur articulus secundus
videtur quod deus non
possit illud quod in nichilum
redactum est idem in numero reparare
dicit enim philosophus primo de generatione
quod ea quorum substantia corrumpitur non
reiterantur eadem numero sed eorum
que in nichilum rediguntur substantia
corrumpitur ergo eadem numero reiterari
non possunt Sed contra quod augustinus dicit xxij°
de civitate dei Si caro humana
omnibus perisset modis nec ulla
eius materies in ullis latebris
remansisset unde si vellet eam
repararet omnipotens Sed nulla materia
remanente de re corrupta que
corrumpitur in nichilum redigitur er-
go deus illud quod est in nichilum re-
dactum potest idem numero reparare Prete-
rea causa unius sic damascenus dicit

Sed nullitas non facit aliquam differentiam
quia non entis non sunt species neque
differentie sicut philosophus dicit ergo illud quod reparatur
a deo potest esse unum et idem numero
cum his in nichilum fuit redactum
Conclusio contra quod in hiis que in nichilum
redigi possunt est quedam differentia
attendenda. Quedam enim quorum
unitas cum tota esse sue durationis
continuitate fit patet in motu et
in tempore. Et ideo interrupto tali
durationis continuatur per unitatem eorum
sicut enim ea vero que contradictionem
implicat non continetur sub divina
dei potentia, quia deficiunt a ratione
entis. Et ideo si huiusmodi in
nichilum redigitur deus ea non
potest eadem numero reparare quia
esset facere contradictoria simul esse vera
scilicet motus interruptus et continuus. Alia vero sunt quorum unitas
non habet in sui ratione continuitatem
durationis sicut unitas rerum permanentium
nisi per accidens inquantum
eorum esse subiectum est motui sic etiam
et mensuratur huiusmodi tempore et
eorum esse est unum et continuum sicut unitate
et continuitate temporis. Et quia
naturale agens non potest ista producere
sine motu, inde est quod naturale
agens non potest huiusmodi reparare
eadem numero si in nichilum redacta
fuerit secundum eorum corrupta. Sed
deus potest reparare huiusmodi sine
motu quia in eius potestate est quod producat
effectus sine causis mediis. Et
ideo potest ea eadem numero reparare,
etiam si in nichilum elapsa fuerit
Unde patet conclusio ad primum et ad
secundum. Ad secundum contra quod ullum non est
differentia alicuius entis, sed per hoc
quod aliquid reducatur in nichilum
interrumpitur continuatio essendi in
quo pertinet ad unitatem motus
et eorum que continuantur ad motum

Divisio

Deinde questio est de personalibus
que pertinet ad personam filii
primo quantum ad naturam
divinam. Secundo quantum ad naturam
assumptam. Circa primum quesita sunt
duo. Primo utrum pater eodem verbo
dicat se et creaturam. Secundo

utrum filius sua filiatione distinguatur a supposito. Articulus vi

Ad primum sic proceditur videtur
quod pater non eodem verbo dicat
se et creaturam. Dicere enim
se soli patri convenit ut dicit augustinus
vi° de trinitate. Sed dicere creaturam
convenit toti trinitati.
Sed enim que importat respectum ad
creaturam toti trinitati convenit
ut patet per dionisium 2° capitulo
de divinis nominibus ergo pater non
eodem verbo dicit se et creaturam.
Preterea creatura procedit a deo per
modum voluntatis filius autem
qui est verbum quo pater dicit seipsum
procedit a deo per modum nature
Sicut ut dicit hillarius in libro
de sinodis. Quia omnibus creaturis
substantiam voluntas dei attribuit
filio autem dei naturam dedit nativitas
ergo non idem est verbum
quo pater dicit seipsum et quo dicit
creaturam. Conclusio contra quod sicut augustinus
in xv de trinitate dicit. Verbum
dei reputatur aliqualiter per
verbum nostri intellectus quod nichil aliud
est quam quedam acceptio actualis
nostre notitie. Quod enim illud
quod scimus actu considerando
concipimus hoc verbum nostri intellectus
et hoc est quod verbo exteriori significamus.
Sed quia nos non totum
illud quod habitu scimus actu mente
concipimus, sed de uno intelligibili
mancetur ad aliud, inde
est quod in nobis non est unum solum
verbum mentale sed multa, quorum
nullum adequat nostram scientiam.
Sed deus qui quicquid scit actu intelligit
et ideo in mente non succedit unum
verbo, et sic eadem scientia scit se et
omnia alia, ita etiam eodem verbo
exprimit seipsum et omnia alia.
Preterea esset eius verbum imperfectum ut
augustinus in eodem libro dicit si
aliquid minus esset in eius verbo
quam in scientia. Unde cum pater sciat
totum unico verbo suo dicit. Et
sic necesse est quod idem sit verbum quo
dicit seipsum et quo dicit creaturam

vi Ad primum ergo dicendum quod dicere si proprie
sumatur est producere verbum quod soli
patri convenit Et ideo si dicere in
divinis proprie sumatur solus pater
dicit, quia solus ipse generat
verbum hoc tamen verbo exprimitur quidquid
tocius trinitatis sit, quia trium
personarum una est substantia et ex habi
tudine verbum importat respectum
ad creaturam sequitur est expressio
quedam substantie quia per hoc quod dicitur
de aliis personis non creaturis
Ad 2m dicendum quod aliud est verbum
et illud quod dicitur verbo sicut
enim verbo quod est lapis significatur
res que non est verbum sed corpus
Unde prohibet creaturam procedere
ex deo per modum voluntatis
vel aut quo dicitur creatura per
modum nature Articulus
vij Ad 2m sic proceditur videtur
quod filius distinguatur
filiatione a spiritu sancto
sicut enim modo aliquo constituitur
et ab alio distinguitur / sed persona
filii constituitur filiatione que est
proprietas personalis constituens personam
filii ergo filiatione distinguitur
a spiritu sancto Contra quod boecius
dicit in libro de trinitate quod
sola relatio in divinis multipli
cat trinitatem Et anselmus dicit
in libro de processione spiritus sancti
quod ibi solum distinguuntur persone
divine ubi concurrit opposita
relatio / sed filius non opponitur
relative spiritui sancto filiatione
sed solum patri ergo filius non
distinguitur filiatione a spiritu
sancto sed solum a patre Responsio dicendum
dicendum quod hoc modo se habent proprietates
personales in divinis ad distin-
guendum personas sicut se habent
in rebus naturalibus forme substantiales
ad distinguendum species rerum
Sed tamen quod a creaturis exempla
ad deum assumpta non omnino similia
sunt In rebus autem naturalibus distin-
guitur aliquid per formam suam
ab alio dupliciter videlicet per contrarietatem
oppositorum forme ad formam Et hoc
modo distinguitur unaqueque res

Naturalis ab omnibus speciebus sui
generis que habent formas oppositas
Item quod genus dividitur oppositis
differentiis sicut saphirus distingu-
itur sua forma ab omnibus aliis
gemmis vel speciebus lapidum
Alio modo distinguitur res
naturalis per suam formam tamquam per
habere et non habere, et hoc modo quod
per formam naturalem distinguitur
ab omnibus non habentibus formam
illam Sicut saphirus per suam
formam naturalem distinguitur
non solum ab aliis generibus lapidis
sed et speciebus animalium et plantarum
Sic igitur dicendum est quod filius sua
filiatione distinguitur quidem
a patre sicut oppositorum relatiorum
filiationis ad paternitatem Sed a
spiritu sancto distinguitur per hoc quod
spiritus sanctus non habet filiationem
quia filius est Et per hoc patet
responsio ad obiecta Articulus viij
viij Deinde quesitum est de
filio quantum ad naturam
assumptam Et circa hoc
quesitum est utrum sit unum
numero corpus christi affixum cruci
et iacens in sepulcro Et videtur
quod non quia quod differunt specie differunt
numero Sed corpus christi appensum
cruci et iacens in sepulcro
differunt specie eo modo quo mortuum
et vivum differunt specie ergo non est
unum et idem numero Contra quecumque
sunt unum et idem supposito
vel ypostasi sunt unum et idem numero
Sed corpus christi iacens in sepulcro
et appensum cruci est unum et idem
supposito sive ypostasi Quia una
ypostasis verbi dei numquam separata
est ab eius corpore ergo corpus
christi est unum et idem numero appensum
cruci et iacens in sepulcro
Responsio dicendum quod circa hoc tamen de
sunt due dampnate hereses quarum
una est arrianorum qui tamen
ponentes christum animam non habuisse
sed verbum corpori loco anime unitum
et per consequens posuerunt quod verbum
separatum est in morte a corpore

Sicut manifeste patet in uno sermone arrianorum contra quem hunc disputauit Alia vero heresis est gabanitorum que est in senencis sexto sinodo dampnata qui tamen ponent vnam naturam compositam ex simultate et diminutate et posuerunt illam naturam simpliciter corruptibilem Et ita posuerunt corpus simpliciter corruptum non solum corruptione putrefactionis Sed fides catholica tenet secundum illud psalmiste Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, sed etiam corruptione que pertinet ad rationem mortis, quod est impium quod patet per damascenum in libro tercio Sit igitur ad excludendum heresim primam oportet nos ponere in deitate secundum suppositum in corpore appenso cruci et posito in sepulcro Sed ad excludendum secundam heresim oportet nos ponere christi diuam mortis et vite Ratio prima veritatis maior fuit quam [illegible] dicta [illegible] est quod est [illegible] vnio corpus christi appenso cruci et iacentis in sepulcro Sed primum ergo [illegible] quod ratio illa non tenet in corpore christi propter vnitatem in possessio etc.

ix Deinde Distinctio

questum est de rebus humanis Et primo de gratia Secundo de hiis sacramentis Tercio de actibus humanis Circa primum querebatur Utrum deus semper faciat nouam gratiam Et videtur quod sit augustinus [illegible] super gen. ad litteram comparat comparationem gratie illuminationi Sic inquit aer presente lumine non factus est lucidus sed fit, quia si factus esset non fieret, et etiam absente lumine lucidus non manet Sic homo deo sibi presente illuminatur absente autem continuo tenebratur a quo non locorum interuallis sed voluntatis auersione discedit. Sed sol semper facit nouum lumen in aere ergo deus semper facit nouam gratiam in anima Sed contra nobilioris creature nobilior est esse si gratia nobilissima creature est

Unica est perfectio nature voluntate, ergo eius esse est nobilissimum, non ergo datur solum in momento et ita non semper deus facit nouam gratiam Responsio dicendum quod duplex est actio quedam que fit cum motu et talis actio semper est cum aliqua innouatione quia semper in motu aliquid fit et aliquid desinit esse, inquantum acceditur ad terminum et receditur a primo Et propter hoc philosophus dicit in octauo physicorum quod in omni motu est quoddam fieri et corrumpi Alia autem actio est que est sine motu per simplicem communicationem forme [illegible] scilicet agens suam similitudinem communicat recipienti disposito et talis actio in principio quidem est cum innouatione scilicet cum de nouo acquiritur forma in subiecto sed continuo eiusdem actionis sit quod nullus sit motus ad mutu sed simplex influxus siue continuatione ita etiam illarum [illegible] innouatione et sic non causatur gratia a deo in anima Unde dicendum quod quamdiu gratia durat in anima deus in anima operatur, continuans eam non tamen quod faciat nouam gratiam semper et que singulis momentis existens corrumpatur, sed eandem gratiam quam primo infudit semper operatur in anima seruans istam quod semper difficile est ad intelligendum non valentibus abstrahere considerationem suam a actionibus que sunt cum motu in quibus semper aliquid innouatur ut dictum est Et ergo dicendum quod lumen semper fit in aere quia semper a corpore solis illuminante conseruatur non quod semper fiat aliud et aliud lumen Articulus x

Deinde questum est de sacramentis Et primo de sacramento penitentie Utrum per absolutionem sacerdotis remittatur culpa Secundo de sacramento matrimonii Utrum vir possit accipere [illegible] si timeatur

de incontinencia uxoris non valentis
virum sequi etc. Articulus

Ad primum sic proceditur videtur quod
per absolucionem sacerdotis cul-
pa remittatur. Dicit enim Hugo
de sancto victore in libro de
sacramentis quod clauem petri sequitur
sentencia celi, sed sentencia celi est de remissione
culpe ergo remissio culpe sequitur
per clauem petri que est sacerdotis
absolucionis. Preterea sacramenta sunt
medicina contra peccatum, quod per medicinam
salvantur. Infirmi sicut egritudines
corporis egritudo sicut languor peccati sanatur
per sacramentum penitencie. Et quod
consummatur in hoc quod sacerdos dicit
ego absoluo te sicut sacramentum
baptismi in hoc quod dicit ego te
baptiso, ergo per absolucionem sacerdotis
dimittitur culpa. Sed contra est quia per
solam contricionem dimittitur peccatum
secundum illud psalmiste Confitebor ad-
versum me iniusticias meas domino
et tu remisisti impietatem peccati
mei. Sed contricio precedit absolucionem
sacerdotis quia sacerdos non debet
aliquem absoluere nisi estimet
eum contritum ergo remissio culpe
precedit absolucionem sacerdotis
non ergo per absolucionem sacerdotis
culpa remittitur. Responsio dicendum quod
sacramenta dupliciter operantur. Vno mo-
do secundum quod exhibentur in actu. Alio
modo secundum quod habentur in voto, et hoc ideo
quia sacramenta operantur ut instrumenta
diuine iusticie et misericordie
iustificantis, dei autem est respicere
ad hominis cor secundum illud primo
Regum xvi homines vident
ea que apparent deus autem intuetur
cor, et ideo communis res naturales
non agunt nisi presencialiter
adhibite. Sacramenta tamen
agunt eciam secundum quod sunt in voto. Sed
precipuus sacramentalem effectum
inducunt quando actu exhibentur
sicut patet in baptismo. Nam
cathecuminus si sit adultus
et habeat baptismum in voto
iam consecutus est effectum
baptismi quantum ad emendacionem
a peccato et consecucionem gracie
que est primus effectus dei.
Sed quando actu baptismum
accipit suscipit caracterem et
remissionem totius pene. Si
quis tamen esset qui non prius
haberet baptismum in voto quam
actu baptisaretur sicut precipue
baptismi patet in pueris. Sic
recipit per baptismum graciam
remittentem culpam et omnem
alium sacramenti effectum,
et hoc contingeret in adulto
si sic cum baptisaretur votum bap-
tismi reciperet et idem eciam
est in sacramento penitencie
quod conservatur in dispensatione
ministri absoluentis. Quando enim
aliquis actu absoluitur consequitur
plenarie sacramenti effectum.
Sed si antequam absoluatur
habeat sacramentum in voto scilicet
quando proponit se subicere clauibus
ecclesie iam virtus clauium
operatur in ipso et consequitur remis-
sionem culpe. Si quis tamen
in ipsa absolucione inciperet
conteri et claues ecclesie habere
in voto in ipsa absolucione
sacerdotis culpa ei dimittetur
per graciam que confunditur
in hoc sacramento sicut et
in aliis sacramentis noue legis
in quibus gracia confertur.
Vnde quandoque contingit quod aliqui
non perfecte contriti virtute
clauium graciam contricionis
consequuntur dummodo non ponant
obicem spiritui sancto. Et idem est
in aliis sacramentis noue legis
in quibus gracia confertur.
Videtur tamen esse differencia
inter baptismum et penitenciam
propter hoc quod sacramentum penitencie
semper exhibetur adultis in quibus
ut in plurimum contricio precedit
tempore confessionem et absolucionem
baptismus autem ut frequenter
confertur pueris in quibus votum
baptismi non precedit omnino aut
raro apparet si eciam baptismus
exhibetur adultis. Ad primum

Ad primum ergo dicendum quod verbum hugonis
non est sic intelligendum quod sentencia
petri in sacerdote absolvente
precedat tempore sentenciam celi
id est dei remittentis culpam
Sed quia in sentencia petri
apparebat sentencia dei Ad
2m dicendum quod medicina sa/
cramentalis operatur non solum
actu adhibita sed eciam in proposito
existens et ideo quamquam sanato
vulnere iam precedit sacramen/
talem absolucionem Ad 3m
dicendum quod nunquam potest
esse vera contricio sine voto
clavium ecclesie quantumcumque sit
dolor de peccato preterito
et propositum abstinendi in
futurum ut ideo in contricione
culpa remittatur etc

Articulus xi^us

xi A(d) 2m sic proceditur
videtur quod vir possit
accipere crucem ad
transfretandum ultra
mare nolente uxore si de inco(n)/
tinencia timeatur non enim de/
bet homo premittere propriam
salutem pro salute aliena
Sed homo vitrat salutem propriam
per hoc quod crucem signatur
consequens plenam remissionem
peccatorum ergo non debet
hoc pretermittere ut provideat
saluti uxoris Sed contra est
quod augustinus dicit si abstine/
as sine voluntate uxoris
tribuis eius fornicandi licenciam
et peccatum illius tue reputabitur
abstinencie Sed accipiendo cru/
cem impeditur a reddicione
debiti ergo videtur quod peccatum
uxoris de continencie reputabitur
viro Responsio dicendum quod ea que
sunt necessitatis non sunt preter/
mittenda propter ea que sunt pure
utilitatis Unde eciam dominus
mathei xv reprehendit pharise/
os qui docebant pretermittere
mandatum dei de honoracione paren/
tum aliqui voluntarie obligacione
deo offerant ex necessitate autem
viro imminet ut gerat curam
uxoris Quia caput mulieris
est vir ut dicitur prima ad co/
rinthios xi^o Sed quod accipiat
crucem ad transfretandum
subiacet proprie voluntati Unde
si uxor talis que sequi non
possit propter aliquod licitum
impedimentum et de eius in/
continencia timeatur non est
ei consulendum ut accipiat cru/
cem et dimittat uxorem
Secus autem est si uxor sponte
voluntarie proponat vel velit
nec possit sequi virum suum Ad
primum ergo dicendum quod hoc eciam
ad salutem propriam videtur
pertinere ut gerat curam de
salute uxoris que videtur
viri regimini committitur etc

Divisio

Deinde quesitum est de actibus
humanis Et primo de actibus
pertinentibus ad platos Secundo
de actibus qui possunt pertinere ad oes
Pertinet autem ad platos proprie dis/
pensare in precepto excommunicare rebel/
lantes precepta et beneficia ecclesie
conferre Unde circa primum queritur 2or Primo
de obediencia circa precepta platorum
Utrum scilicet religiosus teneatur obedire
plato suo precipienti ei contra statuta obedien(cie)
quod repeleret ei crimine prius occultum
Secundo circa dispensacionem Utrum papa possit
dispensare in bigamia Tercio circa
excommunicacionem Utrum aliquis teneatur
vitare excommunicatos illos de quorum
excommunicacione eciam in veritate est
dubia sua quorum dicentibus eos
excommunicatos esse et aliis non esse
Quarto circa collacionem beneficiorum
Utrum platus ecclesie licite possit
dare beneficium consanguineo suo
ydoneo existenti si quam habilitate
occurrit ei alius et magis
ydoneus Sequitur articulus
duodecimus articulus 12

vii **Articulus 12.**

Ad primum sic proceditur. Videtur quod subditus non teneatur obedire prelato precipienti revelationem criminis occulti. Nullus enim tenetur obedire alicui in hoc quod non subditur eius iudicio. Sed occulta non subduntur iudicio humano sed solum iudicio divino. Ergo circa eorum revelationem nullus tenetur obedire prelato precipienti. Sed contra est quod prelatus in tali religiosorum potest precipere illud. Ergo iudex secularis vel ecclesiasticus potest exigere iuramentum ab aliquo ut revelet illud quod scit de aliquo occulto, ut dicit quedam decretalis de purgationibus. Ergo pari ratione prelatus in tali potest religioso precipere in virtute obediencie ut dicat ei si quid scit de aliquo crimine occulto. Responsio. Dicendum quod peccatum dupliciter potest esse occultum. Uno modo sic ita quod ad multorum noticiam nullo modo pervenit. Et tale peccatum occultum ligat solum facientem. Et ideo qui tale peccatum occultum scit solum hoc debet intendere ut scienti peccatoris salutem provideat. Unde institutus est a domino ut ordo correctionis fraterne, ut primo quidem corripiat aliquis fratrem occulte peccantem inter se et ipsum solum; postmodum adhibeat duos vel tres testes; et tunc tandem si non corrigatur dicat ecclesie. Contra quem ordinem si prelatus precipiat ut peccatum sibi occultum dicatur ei, non est obediendum, et ipse peccat precipiendo. Quia oportet deo magis quam hominibus obedire. Si autem peccatum scilicet non sit adeo occultum quin per aliquas suspiciones in multorum noticiam prevolat, unde multorum scandalum oriatur, iam peccatum non solum nocet illi sed multis, et contra bonum multitudinis profert bono unius. Ideo prelatus debet discernere veritate de facto ut scandalum sedat multitudinis, vel per penam peccantis vel per eius excommunicationem. Et ideo in tali casu potest precipere scienti crimen scilicet quod manifestet. Et ideo cui precipitur ille tenetur prelato obedire. Sic enim quod non sit omnino occultum crimen pertinet ad iudicium prelati. Et in hoc casu loquitur decretalis, non autem in primo. Unde patet responsio ad obiecta ar[gumenta]. [illegible]

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod papa non possit dispensare in bigamie irregularitate. Non enim potest ab homine dispensari in hiis que sunt divinitus instituta, ut Bernhardus dicit in libro de dispensatione et precepto. Sed doctrina apostoli, in qua continetur quod bigamus non promoveatur, ut patet prima ad thimoteum 3o, et ecclesiastica non est divinitus promulgata. Similiter id apostoli 2a ad chorinthios ultimo: An experimentum queritis eius qui in me loquitur christus. Ergo papa non potest cum bigamo dispensare. Sed contra est quod in decretis xxxiiii di. dicitur quod papa cum quodam bigamo dispensavit. Responsio. Dicendum quod papa habet plenitudinem potestatis in ecclesia, ita quod quecumque sunt instituta per ecclesiam vel ecclesie prelatos sunt dispensabilia a papa. Hec enim sunt que dicuntur esse iuris humani vel positivi. Circa ea vero que sunt iuris divini vel iuris naturalis dispensare non potest, cum ista habeant efficaciam ex institutione divina. Ius autem divinum est quod pertinet ad legem novam vel veterem. Sed hec est differentia inter legem utramque quia lex vetus determinabat multa tam in preceptis ceremonialibus pertinentibus ad cultum dei

xiii

Quam eciam in preceptis iudicia
libus pertinentibus ad iusticiam inter
homines conservandam Sed lex
nova que est lex libertatis pre
cepta superaddit determinacionibus non
habet Sed est contenta preceptis
moralibus naturalis legis et articulis
fidei et sacramentis gratie
unde et dicitur lex fidei et
lex gratie propter determinatorem articulorum
fidei et efficaciam sacramentorum
Circa vero que pertinet ad determina
tionem humanorum iudiciorum vel
ad determinationem divini cultus li
bere permisit christus qui est nove
legis lator prelatis ecclesie et
principibus christianorum presulorum de
terminanda Unde humanae determina
tiones pertinet ad ius humanum
in quo papa potest dispensare
In hiis solis vero que sunt de le
ge nature et articulis fidei et
sacramentis nove legis dispen
sare non potest hoc enim esset posse
pro veritate contra veritatem Manifestum
est autem quod bigamum non promoveri
neque est de lege nature neque per
tinet ad articulum fidei neque etiam
est de necessitate sacramenti Et patet
ex hoc quia si bigamus ordinetur
recipit ordinis sacramentum
sed hoc pertinet ad quandam
determinationem divini cultus Unde
circa hoc papa potest dispensare
licet dispensatio non debeat
nisi ex magna et evidenti causa
Sicut etiam posset dispensare
circa hoc quod aliquis sacerdos
non indutus vestibus sacris
conficeret corpus christi Et eadem
ratio est de bibus aliis humanis
que ex institutione humana pro
cesserunt Illud autem ergo dicitur quod
apostolus dicit in doctrina sua aliqua
posuit concedam quidem sicut pro
mulgans ius divinum Sicut et

Quod habetur ad galatas vero
si circumcidimini christus vobis nihil
proderit et multa alia huiusmodi Et
in hoc papa non potest dispensare
Concedam vero sicut propria auctoritate
aliqua statuens Sicut ipse dicit
prima ad corinthios xi Cetera
cum venero disponam Et ibidem
sedecim mandavit ut collecte
que fiunt in sanctos per unam sabbati
fiant quod non pertinet ad ius divinum
Et similiter etiam quod dicit de biga
mo non promovendo non est iuris
divini sed institutione auctoritate
humane diminuto hoc concesso

Ad tercium sic proceditur Videtur
quod non debeant vitari illi
excommunicati circa quorum
excommunicationem sapientes
contraria opinantur quia secundum iura
episcopus non potest auferre be
neficium quod clerico concessit sine
culpa Sed non minus debetur com
munio fidelium cuilibet fideli quam
beneficium clerico sibi ab epi
scopo collatum ergo nec communio
fidelium est alicui subtrahenda
sine culpa Sed quando dubitatur an
causa subsit potior debet esse
ambobus boni viri ad interpretandum
mitiorem partem Ergo ex quo
dubitatur de excommunicatione
aliquorum magis debet aliquis
stare pro hoc quod non sunt excommunicati
et ita non debet eos vitare
Sed contra est quod si aliquis percussus
in bello moriatur si ignoretur
quis eum percusserit propter dubium
quilibet qui fuit in bello irre
gularis habetur secundum iura
Ergo a simili videtur quod ex quo
dubium est de aliquibus an
sint excommunicati quod propter maiorem
cautelam sunt vitandi Responsio
quod dubitatio de excommunicatione
aliquorum aut precedit sententiam
iudicii aut sequitur Si precedit

ar[ticulus] x[iii] ar[ticulus] lc

ar[ticulus] xv

puta q necdum est declaratum v
iudicum consensu aliquos esse ex
communicatos nondum sit vitandi quousque
usque certo iudicio determinetur in
hoc enim casu videtur q iuniorem
partem interpretari debeamus Unde s
Deutronomij xvij° dicitur Difficile
le et ambiguum apud te iudicium
esse perspexeris et iudicium inter
portas tuas videbis verba
variari venies ad sacerdotes
et ad iudicem quereres quod ab
eis et facias quodcumque dixerint
Sed si ambiguum oriatur post
quod idem iudicium determinatum
magis standum est sententie iudicum
duplici ratione Primo quidem quia iu
dices solicitius difficultates negociorum
plenius percipere possunt veritatem
etiam si sint minus periti quam
alij qui perfunctorie constituuntur
et ex ordinarie Secundo quia hoc
esset in magnum nocumentum uti
litatis communis status hominum
si sententie non astringerentur si quilibet
pro suo libitu vellet sententie
calumniam ingerere quia sic liti
gia essent interminabilia Et
ideo in tali casu magis est standum
sententie iudicum nisi forte sit
per appellationem suspensa Et
arl xv per hoc patet responsio ad obiecta ar 15

Ad xv sic proceditur videtur
q prelatus ecclesie non
possit curam committere
suo consanguineo quamuis
ydoneo postposito meliori Pater
enim sue filie querit sponsum qui
magis sit ydoneus et sponsus
sue sponse querit fidelissimum
custodem prout possit Sed maior
prelatus ad ecclesiam sibi subiectam
comparatur vel sicut pater ad filiam
vel sicut sponsus ad sponsam
Ergo debet de persona ydonea
providere quanto melius potest

Preterea iohannes evangelista maxime
fuit ydoneus et tamen consanguineus
xpi erat secundum carnem et tamen pretulit
ei petrum in regimine ecclesie
Ergo et prelatus si habeat consan
guineum eque ydoneum non debet
ei providere in ecclesia magis quam
alio eque ydoneo consulto igitur
minus si sit minus ydoneus Sed con
tra est q secundum ordinem caritatis
homo plus debet diligere sibi magis
coniunctos Sed hijs quos magis ex
caritate diligimus etiam magis
debemus providere Unde eorum
meritum crescat Cum igitur ex hoc
dispensatione ecclesie crescat meritum
bene administrantis videtur q
prelatus magis debeat suis quam
extraneis providere etiam si sint minus
ydonei Responsio dicendum q aliter
est dicendum de consanguineo
prelati eque ydoneo Et aliter
de minus ydoneo Si enim sit eque
ydoneus potest prelatus suum con
sanguineum preferre nisi forte
ex hoc scandalum oriatur Vel
aliquis exinde malum exemplum
accipiat ut probabiliter timeri posset
q alij prelati hoc exemplo indu
cantur ad dandum suis consang
wineis etiam minus dignis Et
hoc ideo quia ex quo nichil
deperit utilitati ecclesie tamen eque
ydoneis providetur licet ista hoc
provisionem etiam amori naturali
satis facere qui non est contrarius
caritati sed magis caritatem
informat Et hoc secundum quod dicitur genesis
xlvij ubi pharao dixit ad
ioseph de fratribus suis Si nosti
in eis viros industrios constitue
eos magistros pecorum meorum Si
vero sit minus ydoneus consangui
neus prelati non debet eum preferre
ad curam ecclesie postposito meliori
duplici ratione Primo quidem quia hic

:viij

Videtur esse contra fidelitatem
quã in bono dispensatore dñs
requirit Non enim facit fideliter
negocium alicuius dñi qui posset
rem eius meliorare si hoc per
mittet ut suis consanguineis
satis faciat Secundo quia hoc videtur
ad psonarum accepcionem ptinere q
consistit in hoc q aliquis accipit pro
causa condicionem psone que non
facit ad negocium Sicut si aliquis
daret sentenciam p aliquo quia
diues est et non iusticiam hic
aute e condicio faciens ad negociũ
Esse aut consanguineum non est
aliqua condicio ptinens ad curam
ecclesie que non obtinetur iure
consanguinitatis Sed diuino
consang' Esset aut condicio faci
mime' Esset aut condicio faci
ens ad negocium circa dispen
sacionem ptrimonialium bonorum
Vnde si epus ptrimonialibus
bonis magis puideat suo con
sanguineo minus idoneo non
est accepcio psonarum Sed si
racione consanguineitatis ei
puideat in ptrimonio crucifixi
non caret vicio psonarum accipi
entis De qua augustinus dicit verbis ec
clesiasticis g'dibus dispensandis
exponens illud quod dicitur iacobi
2o nolite in psonarum accepcione
habere fidem dñi nostri ihu xpi
Ieronimus eciam dicit ut habetur viij q ma
consione pa Extraneus ex alia
tribu a moyse eligitur ut sig
nificaret principatum in populo
non sanguini deferendum esse
sed vite At nunc terminus
ptinos hac rem beneficias fac
ut non querant eos in ecclesia
columnas eligere quos plus cog
noscat ecclesie pdesse Sed quos
uel ipi amant uel quorum sunt
obsequiis demulti delenuti &c

Deinde questum e de
actibus qui possunt ad
omnes homines ptinere
Et primo de actibus pti
nentibus ad vim intelle
ctiuam 2o de actibus ptinentibus
ad vim appetitiuam Circa primum
quesita sunt tria po vtrum aliquis posset
sine peccato appetere sciencias magicas
2o vtrum enunciabile q sol erit
sit verum Tercio vtrum magister determinando
questiones theologicas magis
debeat vti racione uel auctoritate. xvi
Ad primum sic proceditur videtur
q homo sine peccato possit appetere
sciencias magicas Non
enim e peccatum appetere illud p quod
pficitur intellectus hominis in optimo
diuina vim e bonum intellectus ut dicitur
6o ethicorum Sciencia aut verorum e
ergo per licite appetere sciencias quaslibet
scitum Et ita sine peccato potest homo
appetere sciencias magicas Sed contra
prohibito non e desiderando sed sciencie
magice sunt prohibite ergo illicitum
e appetere eas scire Respondeo dicendum q
actus humanus potest dici bonus 2r
vno modo ex genere alio modo ex circumstancia
Ex genere quidem dicitur actus bonus esse
eo q actus cadit sup materiam
debitam debita aut materia appetitus
e bonum Vnde appetere quodcumque bonum
est bonum in genere Omnis aut sciencia
siue cuiuscumque cognicio bonum aliquod
est Alioquin deus cum meliu
mali inest Non habet omnes
sciencias tam bonorum quam
malorum Vnde appetere quam
cumque scienciam uel noticiam
quarumcumque verum sine bonarum
siue malarum est bonum
in genere Sed tamen secundum
diuersas circumstancias diuersi
tas potest esse bonum uel
malum et precipue hoc
diuersificatur secundum
intencionem finis Nam
si aliquis appetat sciencias

appetat sciē sciās magicās ut eis
etiaz ut utatr est malū Si aut
appetat eas sciē ut eas cōfundz
et reprobet sic ē bonū et licitū
Similr etiaz ex cōdicione psone
pt hoc iustificari uel etiaz
ex mō appetendi Si em aliqs
appetat sciē hmōi sciās ut eaz
noticiaz pferat alijs utilioribz
rebus īordinatus ē appetitz
Et simlr si sit talis psona ad
quā nō ptineat hoc sciē īordi-
nate hoc appetit Ad pm ergo
dcm q oīs sciā ponit intellctū
in aliquo v̄ sm bono Tercia de
vm est quoddā bonū intllctz
Sed nō oīs sciā ponit intllctm
in suo optimo Sed illa sola
que ē circa pimaz vitatem
Vter etiaz vm est q magice
artes sunt sciē sed potius sut
quedaz fallacie demonū Ad
2m dcm q hmōi sut phi-
bite qntū ad usū Si vo phibetr
alicui etiaz eaz scitū in ppr
piculū utendi tūc essz malū
hā phibitū arg articulus ii

xvij Ad 2m sic pceditr videtr
q nō opbrtet enūncia-
bile qd semel ē vm semp
futuz esse vm Si em
hoc esset vm in alijs enūnci-
abilibz pari racōe hoc esset
vm in enūnciabilibz de futuro
Sed in istis non est vm quia
ut dicit phus 1° p'i hr̄ quatoe
zffuturos quīs incedens non
incedet Ergo nō oportet q semel
est vm semp esse futuz vm
Preterea si ptes sūt eedē et totū
ē idem Sed ptes enūnciabilis
sut pdicatū et sbctm et cōpo
ergo idē enūnciabile existe
eodē sbcto et pdicato et cōpoē
Sed tollit existe eodē enūncia-
bili cōtingit q sit quqz vm et
quqz flm Sicut hc enūnciabile
Sortem sedē est vm eo sedente
et flm est eo nō sedente Sim
illud phi i pntis Ex eo q res
ē ul nō ē orō est vā uel
flā Ergo enūnciabile q semel
ē vm nō opter hoc semper
ē vm Sed cōtra ista enūnciabi-
lia Sorte cre et Sorte crisse
siue currisse et Sorte ferre
cursuru nō diuīr nisi 2m di-
uersaz cōsignificatoz Sed diūsa
significacō nō tollit ydemptitate
nois Idem em nomē dicitr
esse p omēs casus Et similr
et ipsi mō Ergo etiā pdcta
tria enūnciabilia sut vnū
enūnciabile Qz si unū horū
semel sit vm oportet q alid
coz sit vm Tercia si semel est
vm q Sortes cit pius erat vm
q Sortes erit et postea erit vm
q Sortes est Ergo si enūnciabile
aliqū semel ē vm semp erit vm
Respo dicend q hmōi dubi-
tacionibz dīs in hoc cōsistit
ut sciatr utrum sit idē enūnciale
qd ē de pnti de pterito z futuro
Si em hoc vm sit cōus erit
vm q enūnciabile qd semel
ē vm semp erit vm licet forte
hoc dubitacōz aliquā habē
posset circa enūnciabilia de
futuro cōtingenti Sed hoc est
alterius inquisitōis Si vo sut
diūsa enūnciabilia de pnti pterito
et futuro diuīsmode se hīt Sic
aut idē enūnciabile q ē de
pnti qualitcūqz res se habe-
bat sm hēat manifestū ē q
idē enūnciabile quqz ē vm
quqz flm 2m q phus dicit i
pntis Eadē orō et oppoīco
quqz ē vā quqz flā Ad cuius
evidenciaz sciēdm est q sm phm
i periermenias tria qst p ordinē

Inveniunt(ur) una voces sunt signa
intellectuum Intellectus aut sunt
rerum similitudines Manifestum est aut(em)
quod unitas vocis significative vel
diversitas non dependet ex unitate
vel diversitate rei significate
Alioquin non esset aliquod nomen equi
vocum hoc enim si sunt diverse res
essent diversa nomina et non ideo non
Dependet igitur unitas vel di(ver)
sitas vocis significative sive
complexe sive incomplexe ex unitate
vel diversitate vocis vel illorum
quorum unum scilicet vox est signum et
non signatum tantum Intellectus
aut signum et signatum sicut res
ponit Igitur ubi unum vel enuncia
bile esse aliquod diversum vel propter
diversitatem vocis tantum sicut est
in synonimis in quibus est diversa
vox sed idem significatum omnino Sed
etiam cum diversitate vocis potest
esse diversitas intellectuum sive
propter diversitatem rei intellecte
sive propter diversitatem modi intelli
gendi Unde quando est diversitas
significationis que sequitur diversi
modos intelligendi unum et eundem
rem et propter hoc apparet in pre
quod ipse admiscet operationem illam
quam componentis et dividentis
ut dicitur 3o de anima Et ideo dicimus
quod non est idem enunciabile
sortem sedere et sortem sedisse vel
sessurum esse sed sortem sedere
idem est enunciabile quia est
eadem vox et idem modus di
Et ideo patet quod idem enunciabile
quandoque potest esse verum et quandoque falsum
Unde duo prima concedimus Sed 2m
dicimus quod diversitas consignificationis
ponit nominis indeperditate item quod
quod obliqui simpliciter non sunt nomina
sed tamen unum nomine non sunt
sed tamen conveniunt in uno ordine
declinationis sequitur articulus 18

Sequitur articulus 18 19

Ad 2m sic proceditur videtur
quod magister declarans questiones
theologicas magis debeat
uti auctoritate quam racionibus XVIII
Circa questiones declarantur per prima
principia scientie illius Sed prima principia
sunt articuli fidei qui nobis per
auctoritatem innotescunt Ergo maxime
questiones theologice sunt deter
minande per auctoritates Sed contra
est quod dicitur ad thimotheum 2o ut
sit potens exhortari in doctrina
sana et contradicentes revincere
Sed contradicentes melius revin
cuntur racionibus quam auctoritatibus
Ergo magis oportet declarare questi
ones per raciones quam per auctoritates
Responsio dicendum quod quibus actibus ex
equendus est secundum quod convenit ad
suum finem disputacio autem ad 2ex
finem potest ordinari Una quidem
disputacio ordinatur ad removendum
dubitacionem an ita sit Et in tali
disputacione theologica maxime
utendum est auctoritatibus quas recipiunt
illi cum quibus disputatur puta
si cum iudeis disputetur oportet
adducere auctoritates veteris testamenti
Si cum manicheis qui vetus
testamentum respuunt oportet
uti auctoritatibus novi testamenti
Si autem cum scismaticis qui reci
piunt vetus et novum testamentum
non autem doctrinam sanctorum nostrorum
sicut sunt greci oportet cum eis
disputare novi et veteris testa
menti auctoritatibus et illorum doctorum
quos recipiunt Et si omnibus fuerit
oportet ad eos convincendos
ad raciones naturales confugere Quedam
vero disputacio est magistralis in
scolis non ad removendum errores
sed ad instruendum auditores ut
inducantur ad intellectum veritatis quam
intendunt Et tunc oportet racio
nibus inniti investigabilibus veritatis radicem
et facientibus scire quo sit verum

xviii

Primos dici, alioquin si in dictis
auctoribus magister questionem determinat
certificatur quidam auditor quod
ita sit. Sed nichil scientie vel intellectus
acquiritur, sed vacuus abscedit. Et
per hoc patet responsio ad obiecta. Divisio

Deinde quesitum est de rebus
pertinentibus ad vim affecti-
vam. et primo de bonis
2o de malis. Circa primum querebantur
duo. primum utrum aliquis absque
perfecta caritate possit se martirio
offerre. Secundo utrum martirium
pati pro Christo sit in precepto.

articulus primus xix

Ad primum sic proceditur. videtur
quod aliquis absque caritate
perfecta possit se marti-
rio offerre. Contra super id
psalmiste. Ideo dilexi mandata
tua super aurum et thopasion
dicit glosa quod nimia caritas
plus diligit dei legem quam
milia auri et argenti. Et eadem
ratione quam omnia temporalia. Sed
illud quod minus diligimus expo-
nimus pro eo quod magis diligimus.
Ergo et omnia temporalia. Et etiam
propriam vitam exponere potest
pro Christo qui habet maiorem caritatem.
Sed contra. si aliquis absque caritate
perfecta potest se offerre martirio.
Ergo pari ratione potest marti-
rium sustinere absque caritate per-
fecta. Sed hoc videtur esse falsum
secundum illud Iohannis xvmo. Maio-
rem caritatem nemo habet
quam ut animam suam ponat quis
pro amicis suis. Sic ergo aliquis
absque caritate perfecta non potest
ad martirium offerre. Responsio.
dicendum quod in operibus virtutum duo
sunt attendenda scilicet illud quod
fit et modus faciendi. Contingit
autem illud facere quod fit secundum aliquam
perfectam virtutem fieri etiam non
solum ab habente parvam virtutem
sed etiam a carente virtute

Sicut aliquis non habens iustitiam
potest facere aliquod opus iustitie.
Sed si attendamus modum facien-
di. ille qui non habet virtutem
non potest operari. sicut ille qui
habet. Nec ille qui habet parvam
sicut ille qui habet magnam.
Primi operatur faciliter. et prompte
et delectabiliter. quod non ita facit
ille qui caret virtute vel qui
parvam habet. Sic ergo dicendum est
quod hoc opus quod est offerre se
martirio vel etiam martirium
sufferre potest facere non solum
caritas perfecta. sed etiam imperfecta.
Et quod plus etiam ille qui
caritate caret secundum illud apostoli
prima ad corinthios xiiimo. Si
tradidero corpus meum ita
ut ardeam. caritatem autem
non habeam et cetera. Sed
caritas perfecta hoc facit prompte
et delectabiliter. Sicut patet
de laurentio et vincentio
qui in tormentis hilaritatem
ostenderunt. hoc autem non potest
facere caritas imperfecta. vel
etiam ille qui caritate caret.
Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Ad secundum sic proceditur. articulus 2o
videtur quod pati martirium
propter Christum non sit in pre-
cepto. Contra dominum videtur quod homo
det sua quam quod proprium corpus
ponat ut dicit Gregorius in illa
homelia. Ego sum pastor
bonus. Sed dimittere omnia sua
propter Christum non cadit sub precepto
sed sub consilio. Ergo et exponere
corpus suum martirio non cadit
sub precepto. Sed contra est quod augustinus
dicit xiiima de trinitate. Decet
Quod dictum est homini. morieris
si peccaveris. Nunc dicitur martiri
morere nec pecces. Sed illud
quod oportet nos facere ne peccemus

xx

Cadit sub precepto ergo mors
martirii cadit sub precepto Responso
dicendum quod aliquid cadit sub precepto
dupliciter Uno modo absolute Alio modo secundum ani-
mi preparacionem Quia enim preceptum
importat racionem debiti Illud
absolute cadit sub precepto quod
est debitum propter aliquid per se sicut
sicut preceptum de honore parentum
vel de amando deum Sed quando
contingit quod illud quod fiat aliquid
esse debitum nondum processit Sed
potest occurrere Unde hoc cadit
sub precepto non absolute sed secundum
preparacionem animi Ita scilicet
ut homo habeat animum paratum
ad faciendum illud quod debitum
redditur ex aliqua causa occur-
rente Et sic nos exponit
augustinus illa domini precepta que
ponuntur mathei v.to si quis
percusserit te in una maxillam
prebe ei et aliam maxillam
quasi dicat si opus esset et hoc
exigeret salus aliorum homo debet
esse paratus ad hoc faciendum
Et per hunc modum sustinere
martirium propter xpistum cadit sub
precepto quia scilicet homo debet
habere animum paratum ut prius permit-
teret se occidi quam xpistum negare
vel mortaliter peccare Et sic
eciam relinquere bona propria
cadit sub precepto quia debet
esse paratus animus xpistiani magis
sustinere rapinam bonorum suorum
quam xpistum negare vel morta-
liter peccare Et per hoc patet
Responso ad obiecta Sequitur questio

Deinde questitum est
de malis scilicet de primis
motibus Circa quos
quesita sunt duo Primo
utrum primi motus semper sint
peccata Secundo utrum infidelibus
sint peccata mortalia Articulus primus

Ad primum sic proceditur videtur
quod primus motus semper sit
peccatum Dicit enim magister xxi.ma
distinctione 2i libri sententiarum Est
temptatio a carne non potest esse
sine peccato Sed quando primus motus
est temptatio a carne Ergo primus
motus non potest esse sine peccato
Sed contra est quod ad romanos 6to
super illud Non ergo regnet pe-
ccatum in vestro mortali corpore
Dicit glosa non prohibet concupi-
scenciam que vitari non potest
Sed illud quod non potest vitari
non est peccatum Ergo concupiscencia
que est primus motus non est peccatum
Responso dicendum quod motus importat
inclinacionem quandam ad terminum
Unde quelibet inclinacio pertinet ad
appetitum in quantum actibus
Est autem in homine triplex appe-
titus Unus quidem naturalis secundum
quod vis appetitiva pertinet ad animam
vegetabilem Sicut est vis dige-
stiva et expulsiva et retentiva
Secundus appetitus est sensualis
tatis qui movetur secundum apprehen-
sionem sensus Tercius appe-
titus est voluntatis qui movetur
secundum appetitum racionis vel
secundum iudicium racionis Peccatum
autem quod est contra racionem culpe de
quo nunc loquimur non potest esse
sine actu voluntatis qui scilicet
est aliqualiter in potestate peccantis
Actus autem appetitus naturalis
non subiacet imperio racionis
sicut nec actus aliarum potenciarum
vegetabilis anime Et ideo in
actu talis appetitus non potest consistere
culpa sicut quod homo esuriat vel
siciat absque culpa est Et idem
dicendum est de aliis huiusmodi
Sed actus appetitus sensitivi sub-
iacet imperio racionis Ita
quod convenit ipsum potest ei imperare
vel eciam impedire Et ideo licet motus

xxi Post quem racionem Et si sequitur
iudicium racionis poterit eciam esse
peccatum mortale Sicut et motus
exteriorum membrorum imperati
a racione Si autem preveniat iudi-
cium racionis est quidem peccatum
si intendat in aliquid illicitum cum
in potestate hominis fuit ipsum compes-
cere Est tamen veniale peccatum
et levissimum ut patet per augustinum xii° libro
de trinitate Et hoc dicitur quod
motus peccati motus ante
superiores appetitus vel volun-
tatis consequens iudicium racionis
iam potest peccatum mortale primum
concedimus Ad 2m dicendum quod concu-
piscencia non potest vitari sic quod
nullus concupiscencie motus
surgat Quia dum resistitur
uni insurgit alius possunt
tamen vitari singuli et ex hoc
quibus habent aliquid de racione
peccati licet non habeant racionem
perfecti peccati quod est peccatum
mortale Articulus

xxii Ad 2m sic proceditur videtur
quod infidelibus primi motus
sunt peccata mortalia
Quia sicut anshelmus dicit in
libro de gracia et libero arbitrio
eos qui non sunt in xpo ihesu
sequitur dampnacio si senciunt
concupiscenciam eciam si non senciat
Sed senciunt concupiscenciam est habere
primum concupiscencie motum Ergo in-
fideles qui non sunt in xpo ihesu peccant
mortaliter sentientes primos motus
quia dampnacio non debetur nisi pe-
ccato mortali Preterea quilibet
homo debet habere originalem iusti-
ciam secundum quam concupiscencia
reprimatur Constat quod debitum est
quilibet concupiscencie motus Ergo
quilibet concupiscencie motus est
peccatum mortale Preterea enim quod
contra debitum habet peccati mortalis
racionem Sed contra quanto est altior
gradus tanto est casus gravior
sed altior est gradus fidelis quam
infidelis Cum ergo primi motus
fidelium non sint peccata mortalia
multo minus primi motus infidelium
Responsio dicendum quod primus motus sic dictus
est motus sensualitatis preveniens
deliberacionem racionis Eadem autem
natura sensualitatis est et racionis
in fidelibus eciam in infidelibus
Sed naturam autem sensualitatis
et racionis pertinet quod motus sensu-
alitatis qui est absque deliberacione
racionis non possit esse peccatum mortale
Quia peccatum mortale quod consistit
in aversione a deo ad quem converti
non potest homo nisi per racionem Et per
consequens aversio a deo que constituit
peccatum mortale non potest esse nisi
in racione ut patet per augustinum de civitate
dei Et ideo dicendum est quod primi motus
infidelium non sunt peccata mortalia
sed venialia Ad primum ergo dicendum
quod dictum anshelmi dependet
ex verbo apostoli Romani concludit
ad romanos octavo quod nichil
est dampnacionis hiis qui sunt in
xpo ihesu qui non secundum carnem
ambulant Videtur ergo quod hiis
qui in xpo ihesu sunt aliquid dampna-
cionis eciam si non secundum carnem
ambulent motibus carnis con-
sencientes Alioquin plus haberent
hii qui sunt in xpo ihesu quam alii
Est ergo aliquid dampnacionis
hiis qui sunt in xpo ihesu si non senciant
motus carnis quibus non consen-
ciunt Quod qualiter sit intelligendum
ex processu apostoli apparet Premiserat
enim preparacionem quantum ad mentem
licet non quantum ad carnem Premiserat
enim ego ipse mente quidem servio
legi dei carne autem legi pe-
ccati secundum quod leges fomitis que
adhuc manet in corporis membris
Nec igitur hii qui sunt in xpo ihesu

Videntur ad que pertine damp natione subiacere propter fomitis motus Concludit apostolus quod nichil est dampnationis hiis qui sunt in Christo Ihesu qui non secundum carnem ambulant Quia dampnacio originalis peccati soluta est per gratiam Christi Et ideo quibus actu remaneat fomes peccati dampnacionem tamen actualis peccati non incurrunt quia non ambulant secundum carnem In infidelibus vero manet peccatum ori ginale non solum actu sed etiam reatu Et ideo est eis aliquid dampnationis ex parte originalis peccati non autem ex parte actualis Si concupiscenciis non consenciant Ex hoc ergo non sequitur quod in fidelibus primi motus inducant dampnationem peccati mortalis Sed sequitur quod habeant aliqua damp nationem originalis peccati Sed tamen sciendum quod debitum originalis iusticie pertinet ad ipsam personam fidelis orem quam nature qua a pro parente contraxit tum collata est originalis iusticia Et ideo id quod pertinet ad defectum origi nalis iusticie pertinet ad peccatum nature scilicet ad peccatum originale Non autem ad peccatum actuale quod est peccatum mortale etc. Articulus

xxiiij Quesitum est utrum pueri non exercitati in preceptis sint recipiendi vel obligandi voto vel iuramento vel bene ficiis alliciendi ad ingressum religionis et videtur quod non preceptis enim consiliorum ad qua ordi nantur religiones a Christo exordium sumpsit Sed Christus primo consilium perfectionis dedit adolescenti qui precepta servavit ut Mathei xix° quod simili illi qui sunt exercitati in preceptis sunt ad religionem obligandi et recipiendi Preterea Gregorius dicit super Ezechielem Nemo repente fit summus Sed in bona conversa tione a minimis quis inchoat ut ad magna perveniat Sed magna sunt consilia que pertinent ad perfectionem vite Minora autem sunt precepta que pertinent ad communem iusticiam Ergo prius debent pueri exerci tari in preceptis quam ad consilia inducantur Preterea Exodi xxi° dicitur Si quis aperuerit cisternam et foderit et bos vel asinus in eam ceciderit dominus cisterne reddet precium iumentorum Sed ille qui aliquem puerum non in preceptis exercitatum ad religi onem inducit quodammodo aperit ei cisternam quia plerique tales religionem ingredientes egre diuntur et desperatam intrant quasi quandam spiritualem cisternam Ergo videtur quod ille qui eum inducit ei hoc imputetur ad peccatum Preterea illud quod est expediens com muni utilitati non est tollendum Sed expedit communi utilitati quod homines pura libertate utantur ad bonum faciendum Ergo non est aliquibus auferenda talis libertas per obligacionem voti vel iuramenti Preterea beatus Benedictus monachorum institutor almificus sua regula statuit quod venientibus ad religionem non sit facilis prebendus ingressus Sed probandus si spiritus ex deo sit Ergo multo minus sunt aliqui muneribus vel bene ficiis alliciendi Preterea Gregorius dicit et habetur in decretis distinctione xlviij na Domus quod edificati parietes non prius siccati pondus accipiunt Ideo nami tatis sue quamdiu sicient ne si ante pondera quam solidentur accipiant cunctam simul ad terram fabricam deponant Sed pueri quod

Nondum sunt exercitati in preceptis
sunt quasi pueri nondum desiccati
Ergo non sunt eis imponenda
onera ex gravamina religionis
instituta Preterea status religi
onis est status penitentie Sed
pueri excipiuntur ab omni penitentie
tie coercione ut habetur in
decretis de penitentia dist. v. Ita
Ergo non sunt ad religionem indu
cendi Preterea sicut dicit prima questio
tertia Quod quis non optat
non eligit perfecto non diligit
qui autem non diligit facile con
tempnit Sed pueri antequam sunt
exercitati non habent firmam
electionem ergo nec firmam dile
ctionem Et facile ergo religionem
contempnunt si in tali etate
ad religionem inducantur Preterea
proverbiorum xiiij dicitur Substantia
festinata minuetur Sed videtur
esse nimia festinantia quod ali
quis ad consilia convolet nondum
in preceptis exercitatus Ergo videtur
quod horum spiritualis substantia de facili
minuatur non ergo sunt ad
religionem inducendi Preterea
non minor cura est adhibenda
in ingressu religionis quam in
susceptione ordinis Sed in or
dinibus prohibentur ad maiores
accedere qui minores non acceperunt
Ergo etiam nec debet
aliquis ad observanciam consiliorum
in religionem transire nisi prius
preceptis observatis Preterea
duo sunt homini necessaria scilicet
intelligere verum et operari bonum
Sed intelligendo verum stultus
reputaretur qui prius ad diffi
ciliora se transferret quam leviora
intelligeret Ergo stultum est quod in
operatione boni aliquis prius transeat
ad consilia quam in preceptis ex
erceatur Preterea cum in religione exerciti

Convenit curam agere aliorum ad
salutem suscipientes Sed in hiis qui
eliguntur ad aliquam curam ecclesiasticam
oportet eligere meliores Ergo
oportet eos qui ad religionem
assumuntur eligere meliores ut hii
autem sunt qui sunt exercitati in
preceptis Ergo tales sunt ad religi
onem inducendi Preterea illud
quod est in se bonum si ex eo sumatur
peccati occasio est abiciendum
Sicut serpens eneus quem
moyses fecerat ex mandato
domini ad sanandum filios israhel
ut habetur iiij regum xviij Ezechias
confregit eo quod ex eo sumebatur
idolatrie occasio Similiter et
quamvis benedictio sit secundum se bona
tamen reprehenditur si minor presente
maiore benedicat Cum ergo
aliqui inexercitati in preceptis
sumant occasionem peccati ex ipso esse
religionis ab ea recedentes
Igitur quamvis religio sit secundum se
bona tamen videtur quod inexercitatus
ad religionem inducendus sit vitandus
Preterea gregorius dicit et habetur in
decretis dist. xlviij In nullo
appetit qui ad summum loci fasti
gium postpositis gradibus per ab
rupta querit ascensum Sed pro
cedere ad consilia non observatis
preceptis est postponere gradus
Ergo videtur quod hoc sit ascensum
querere Et ita ad hoc non sunt
aliqui inducendi Preterea damascenus
dicit in 2o libro quod non est utile
inexpertum existentem et improbatum
in corruptione seminum ut non in
superbiam incidat et in laqueum
diaboli Ergo pari ratione non
est utile improbatis et inexpertis in
preceptis ad statum contemplacionis
assumi ad quem religio ordinatur
Preterea gregorius dicit in vj moralium
quod post lie complexus ad rachelem

sicut neophitus

Jacob prevenit quia perfectus
quisque ante vite activ(e) ad fe-
cunditatem ingeritur. Et post con-
templative ad requiem con-
pulatur. Genes. xxix°. Sed acti-
va vita consistit in obediencia
preceptorum. Status autem religionis
pertinet ad vitam contemplativam.
Ergo non sunt aliqui ad religionem
inducendi antequam sunt in preceptis
exercitati. Preterea nulla promissio
est facienda cuius solucio non
est licita. Sed solvere aliquid ali-
cui pro ingressu religionis non
est licitum. dicitur enim in decretis
prima questione 2a. Nullum legimus
xpi discipulos uel eorum ministerio
commissos quempiam ad dei cultum
aliquo muneris interventu
provocasse. Ergo non sunt aliqui
promissionibus ad religionem
alliciendi. Preterea nullus qui
non est exercitatus in armis
secundum leges est admittendus ad
miliciam corporalem. Sed religionis
status est milicie spiritualis. Ergo
non sunt aliqui recipiendi ad religionem
nisi prius exercitati in preceptis
et in quibusdam spiritualibus ac-
tibus. Preterea qui non potest obligari
ad minus non potest se obligari
ad maius nisi sit necessarium.
Sed pueri ante xiiii annos non
possunt se obligare ad matrimonium
quod est minus. Ergo multo minus ad
religionem. Preterea legitur Mathei
v.to Ex duos demoniacos quos
curavit non permisit secum intrare
navem que significat crucem et
religionem. per demoniacos enim
curatos significantur homines a peccatis
conversi. Ergo non sunt ad religi-
onem acceptandi peccatores
statim conversi antequam in preceptis
exercitentur. Preterea bonorum operum
fructus solvere debemus quando de
egipto eximus ut dicit quedam
glosa exodi xiii°. Sed exire
de egipto est exire de mundo
religionem intrando. ergo illi qui
volunt religionem intrare debent
prius fructus bonorum operum solvere
per observanciam preceptorum. Preterea
augustinus dicit in libro de sermone
domini in monte. Et omnis presumpcio
est cohercenda. Sed magna presumpcio
videtur esse quod aliquis velit ascendere
in arcem consiliorum non observatis
preceptis. Ergo tales sunt cohercendi
et non alliciendi ad religionis
ingressum. Preterea augustinus dicit in eodem
libro quod maiora maioribus et
minora minoribus sunt adhibenda.
Sed consilia sunt maiora. Ergo non
sunt pueris inexercitatis exhiben-
da. Et ita pueri non exercitati
in preceptis non sunt ad religionem
trahendi. Sed contra est quod dicitur
xx. q. 2a. Si in qualibet et
Extra. parentibus sane filios suos
religioni tradere non amplius quam
ad xiiii annum etatis sue annum
licencia esse poterit. Postea vero
sunt cum voluntate parentum convi-
ncti aut sine devocionis sit solitarium
votum cum filiis licitum religionis
assumere cultum. sed post xiiii annum
annum non statim sunt [illegible] in
preceptis exercitati. Ergo possunt
religionem ingredi pueri an-
tequam sint in preceptis exercitati. Preterea
maius est quod aliquis recipiatur ad
regimen sui et aliorum quam quod
recipiatur in religionem in qua
sub regimine alterius vivit. Sed
salomon adhuc puer existens assumptus
est ad regimen sui et aliorum ut
dicitur primi paralipomenon xxix°
locutus est david rex ad omnem
ecclesiam salomonem filium meum
elegit deus adhuc puerum
et tenellum. Ergo multo magis

Possunt pueri non exercitati in preceptis ad religionem induci Preterea votum illud non illicitum ex cuius solucione non redditur rei Sed secundum ambrosium qui voverunt continenciam in annis puerilibus sunt rei si votum non exsolvant Ergo non est illicitum quod in puerilibus et preterea non est illicitum quod quis non retrahatur a bono sed magis provocatur ad melius Sed ergo status religionis in quo tantum [illegible] servatur sit melior quam secularis in quo solum precepta servantur videtur quod eciam beneficiis induci debeant pueri et xx q. ii c. i affirma Preterea xx q. ii c. i dicitur affirma tunc erit virginitatis professio ex quo adulta etas iam esse ceperit et quod solet apta nupciis deputari Sed non statim in hac etate viri vel mulieres sunt in preceptis exercitati Ergo antequam aliqui in preceptis exercitentur licite possunt religioni astringi et voto vel iuramento Preterea si talis obligacio esset illicita scilicet qua pueri non exercitati in preceptis voto vel iuramento ad religionem obligentur aut hoc esset quia est secundum se mala aut quia est prohibita Sed non est secundum se mala quia sic exercitacio sive adimplecio promissionis esset peior et perseverancia pessima Cuius contrarium videmus quia ad implentes ea que promiserant in puerilibus annis et in hiis promissis perseverantes maxime commendantur Sed eciam non est illicita talis obligacio tamquam prohibita Non enim prohibetur in lege veteri dicitur enim Numeri xxx mulier si quipiam voverit et astrinxerit iuramento que est in domo patris sui et in etate adhuc puerili si cognoverit pater votum quod pollicita est et iuramentum quo obligavit animam suam

et tacuerit voti rea erit quodque pollicita est et iuravit opere complebit Si autem audierit et contradixerit pater vota et iuramenta irrita erunt nec obnoxia tenebitur sponso Ex quo quod concedit pater Similiter eciam non est prohibitum iure canonico quia in decreto leonis pape habet eciam auctoribus inducitur xx q. i puelle Similiter eciam non est prohibitum lege civili que maxime inducit honores antecedendo a mundo et sequendo effectionibus opera Ergo licitum est obligare voto vel iuramento pueros nondum exercitatos in preceptis ad religionem Responsio Dicendum quod licet quod in questione habet inducatur dubitaciones non habet nisi quod quidam contencionis studentes veritatem obnubilare conantur Unde hic locum habent verba que augustinus dicit in xx de civitate dei Cum ille est maior et teterior insipiencium morbus animorum quo instabiles motus eciam suos post racionem plene redditam sive nimia cecitate qua nec apta cernuntur sive obstinatissima pervicacia qua eciam ea que cernuntur non feruntur tamquam ipsam racionem veritatem qua defendunt sit necessitas copiosius dividendi plurima quod res claras vel ut eas non solum spectantibus intuendas sed quodammodo tangendas palpantibus offeramus et in quibus disceptandi finis erit si rudendi et rusionibus existimemus Nam qui vel non possunt intelligere quod dicimus vel tam duri sunt adversitate mentis ut eciam si intellexerint non obediant respondent et loquuntur indignitate atque infatigabiliter Nam sunt quorum dicta contraria si totiens vellemus refellere quotiens obnixa fronte statuerint non cogitare quid dicam dum quomodocumque nostris disputacionibus contradicat

Quam sit conveniens et expediens et fructuosum fides. Veritas ergo hic modus servandus ut veritas manifeste et quasi palpabiliter ondatur. Et si contrarium dicta fuerint que aliquod pondus non habent contempnantur ne semper oporteat inutiliter eadem replicare. Si quis contrarium dicere voluerit scribat quod dicit ut aliis intelligentibus diiudicare possit an doceat veritatem. Primo igitur circa propositam questionem ut singula distinguamus considerandum est quod pueros etiam infra annos pubertatis in religione recipi non est secundum se malum. Immo est expediens et fructuosum. Primo illud quod a puericia assuescit semper perfectius et firmius tenetur secundum illud proverbiorum xxii adolescens iuxta viam suam ambulabat et cum senuerit non recedunt ab ea. Et ideo apostoli instituerunt ut pueri etiam infantes ad christianam religionem reciperentur ut in ea nutriti firmius et perfectius ei inhererent. Et hoc est quod dyonisius dicit in ultimo capitulo ecclesiastice ierarchie secundum sanctam legem confirmati infantes ad habitum sanctum habebunt consuetudinem ab omni remoti errore et immunde vite expertes hoc divinis nostris ducibus id est apostolis ad mentem venit et visum est bonum suscipere infantes. Multo autem magis excedit vita christiana infidelium vitam quam vita religiosorum secularium vitam presertim cum in primitiva ecclesia omnium christianorum erat perfectissimus religionis status secundum illud actuum iiii. Multitudinis credentium erat cor unum et anima una nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum dicebat sed erant illis omnia communia. Sed omnes vite exemplar omnes religiones sunt institute. Et ideo religionum institutores ex eadem causa qua etiam apostoli moti sunt ad recipiendum infantes in religione ut patet de beato benedicto qui ut ii° dialogo legitur recepit maurum duodenum. Et placidum septennem. Est tamen quedam circa hoc attendenda. Nam pueri ante annos pubertatis ex naturali iure sunt sub cura parentum propter hoc quod patiuntur discretionis defectum secundum quam possint vel regere seipsos. Et ideo in hac etate possunt quidem religioni tradi si a parentibus offerantur et erit rata traditio. Precipue si cum ad annos pubertatis pervenerint ratam habuerint paternam oblationem. Unde gregorius dicit et habetur xx q. i c. Quod dedisti si pater et mater filium filiam ne intra septa monasterii infantie annis sub regulari tradiderint disciplina utrum liceat eis postquam pubertatis impleverint annos egredi et matrimonio copulari hoc omnino devitamus quia nephas est ut oblatis a parentibus deo filiis voluptatis frena relaxantur. Si autem in hac etate propria sponte se religioni tradiderit post hoc per assensum vel dissimulacionem parentum ratum esse. Unde dicitur xx q. ii. Puella in qualibet minori etate religionis tonsura vel religionis vestem devitam in utraque sexus filiis aut uno aut ambo parentes dederint aut forte volentibus vel nescientibus

Scilicet parentibus a se suscep-
tam non mox visam in filiis
abdicaverint si non coram se
vel episcopo palam quod in con-
ventu eosdem filios talia here
promiserit ad secularem reverti
habitum filiis ipsius quoque penitus
non licebit. Si vero pueri annos
pubertatis transcenderint sunt
etiam invitis parentibus ad reli-
gionem transire nec sunt repel-
lendi immo magis vocandi.
Ut enim gregorius dicit in quadam
omelia Ad vitam bonam aliquis
in puericia alius in adolescencia
alius in iuventute alius in sene-
ctute alius in decrepita etate
vocatur. Et sic in nulla etate
sunt repellendi. Minime tamen
sunt repellendi in puericia dicit
enim Crisostomus super matheum
Nemo meretur appropinquare christo
non repelletur ab eo simplex in-
fancia Tamen si sancti futuri sunt
quid vetatis filium ad patrem
venire Si autem peccatores fu-
turi sunt ut quid sentenciam
condampnacionis profertis antequam
culpam videatis quam quidem
sentenciam dampnacionis profertis
Aliquis tamen dicit quod non sunt reci-
piendi pueri ad religionem
quia exibunt et peiores efficiantur.
Sed quod addit quidam quod oportet
prius pueros exercitari in pre-
ceptis et postea transferre ad
consilia observanda in religi-
one ex falso intellectu procedit
Arbitrantur enim quod precepta
parant viam ad consilia non autem
est sic immo potius consilia parant
viam ad precepta servanda Quia
per consilia removetur homo a
rebus seculi circa quas occu-
patum difficile est quod innocenciam
servet Unde hylarius dicit
super matheum Grave onus subiit
innocentie retinende opum occupatu-
rem enim solius famulatus dei non
sine seculi vitiis assequatur. Et
ideo dominus dicit mathei xix quod
difficile intrant qui pecunias
habent in regnum celorum. Quia
difficile est quod tales precepta servent
quibus intratur in regnum nisi
sequentes consilia divicias relin-
quant Et ideo pueri ad hoc quod
innocenciam servare possint in
observancia mandatorum sunt
iuvandi et quodammodo premuniendi
in exercicio consiliorum. Nec sunt
repellendi quamvis reconditi vi-
deantur in perfectis dicit enim
Horigenes super matheum Quidam
puerilem sermonem habentes
offerunt salvatori pueros et
infantes Cum autem videtur perfecti-
ores prius qua distat racionem
iusticie reprehendit eos qui
pueros et infantes eo quod sunt
minus eruditi offerunt christo
Dominus autem hortatur discipulos
suos condescendere utilitatibus
puerorum Hoc autem debemus attendere
ne estimacione sapiencie excel-
lencioris contempnamus quasi magni
pusillos ecclesie prohibentes
pueros venire ad ihesum Sed quod
ulterius queritur an ante religi-
onis ingressum sint voto vel
iuramento ad religionem
obligandi manifeste patet
quod sic Sicut enim in malis quanto
voluntas est confirmata ad malum
tanto peior est sicut patet in
obstinatis et qui ex malicia
peccant ita etiam in bonis quanto
voluntas melior est tanto est
magis firmata et astricta ad
bonum Cum igitur bonum sit quod pueri
ad religionem veniant multo
melius est quod eorum voluntas
sit ad hoc firmata Quod sit voto

Vel iuramento Unde et david
dicebat iuravi et statui custo-
dire iudicia iusticie tue Et
augustinus dicit in epistola ad paulinum
et armentarium felix necessitas
que ad meliora compellit Ultimo
autem considerandum restat an sit
beneficiis alliciendi Et si ex
conventione vel pacto precium
alicui detur vel quecumque temporale
beneficium ut religionem in-
tret hoc est illicitum Si autem
aliquis aliqua ei beneficia
temporalia conferat ut auferat
impedimenta quibus impeditur
a religionis ingressu vel
eciam ut eum inducat vel doceri
faciat ad hoc quod sit religionis
actus hoc non est illicitum sed
laudabile Similiter et si bene-
ficiis temporalibus aliquis aliquem
alliciat ut eum favorabilem
sibi reddat non intendens
gloriam propriam sed gloriam
dei et proximi salutem lau-
dabile est Sicut et apostolus
de seipso dicit prima ad corinthios
decimo per omnia omnibus
placens deus eciam aliquos
temporalibus beneficiis allicit
ad bene agendum in ecclesiis
eciam quibusdam temporalium distri-
bucionibus alliciuntur aliqui
ad ecclesie deserviendum
non quia primum accipiant
Sed sit quedam sensualis
illectiva ad serviendum deo
Sicut et dominus dicit matthei
sexto primum querite regnum dei
et iusticiam eius et hec omnia
scilicet necessaria vite adicientur
vobis Ad primum ergo dicendum quod sicut
christus ad consilia vitande ado-
lescentes in preceptis exercitatum
ita eciam vocavit mattheum pu-
blicanum non exercitatum in preceptis

Sed primo precedens applicatum Ergo
accipere possumus quod ad consilia
observanda in religione vo-
candi sunt non solum exercitati in
preceptis sed eciam non exercitati
Ad secundum dicendum quod diversitas graduum
debet attendi prout unus in eis
statibus sunt conditionibus et
sic non oportet quod qui tendit
ad maiorem statum vel conditionem
quod prius exerceatur in minori statu
sicut videmus quod illi qui volunt
fieri milites non exercitantur
prius in laicatu sed a puericia
exercitantur in milicia Similiter
et qui volunt fieri clerici non
prius exercitantur in vita laicali
sed clericali Et hoc modo qui
volunt religiosi fieri non oportet
quod prius exercitentur in vita
seculari sed optimum est eis
si a puericia exercitantur in
vita religionis quia magis
poterunt in ea proficere Unde
dicitur trenorum tercio bonum
est viro cum portaverit iugum
domini ab adolescencia sua Alio
modo accipi diversi gradus in
eodem statu et condicione Et hoc
modo dicit gregorius quod in quibus
bona conversacione incipiendum
est a minoribus ut ad maiora
perveniatur sicut enim milites a
rudimentis milicie et clerici
a rudimentis clericature Ita
eciam et religiosi incipiunt a rudi-
mentis religionis ut proficiant
usque ad summum Ad tercium dicendum quod
duplex est occasio scilicet data et
accepta Tunc quando dat aliquis
occasionem alicui ruendi in
cisterna cadendi quod facit
aliquis vel dat mugitum ex
quo datur proximo occasio ruine
et tunc ruina proximi imputatur

ad 2m

ad 3m

danti occasionem. Aliquibus autem
non est occasio data sed supplan-
tata puta si aliquis inducat ali-
quem ad bonum. et ipse ex hoc fit
deterior et sic non est relinquenda ad 3m
monitio bona propter hoc quod ille
sumit inde occasionem ruine.
Unde et dominus non dimisit predica-
tionem veritatis propter scandalum
phariseorum ut habetur mathei
xv. Et augustinus dicit in epistola
ad bonifacium. Et habetur xxiii
q. iiii. Ipsa pietas et misericor-
dia si plurimi essent in domo ruino-
sa et inde saltem unus
liberari posset. atque dum illud
facere conaremur. Alii semetipsos
precipitando necarent. dolores
de ceteris utique unius salute
consolaremur. Ad quartum dicendum quod li- ad 4tum
bertas necessitati coactionis opponitur
que est necessitas absoluta. Et
talis necessitas non est adhibenda
sed necessitas que est ex suppositione
finis non opponitur libertati. et tali
necessitate expedit uti ad
communem utilitatem. Alioquin nec
pacta promissionibus confirmata nec
iuramenta in rebus humanis
fieri deberent. Multo autem
magis quam in humanis expedit ho-
mines obligari ad divina
que sunt meliora. Ad quintum dicendum
quod difficultas ingressus tollitur ad 5tum
in religionibus per hoc quod datur
intrantibus annus probationis
in quo difficultates religionis
experiuntur. Ad sextum dicendum quod pa-
rieti novo dealbato non est ad 6tum
omnibus rigoribus exponendum
nec in hoc prohibetur quin sit paries
dealbandus. dealbatur autem
paries a principio convertendo secularis
affectus per religionem. et ideo
convenit quod plus exercitentur
aliqui in religione quam eis
[column break]
omnibus probationis aut sacrorum
ordinum imponatur. Et de hoc onere
loquitur gregorius ut patet ea que precedunt
in illo capitulo et in 2a omelia eze-
chielis. Ad septimum dicendum quod status ad 7m
religionis est status perfectionis
et est exercitium sive scala per-
fectionis. Unde ad religionem reci-
piendi sunt peccatores propter peni-
tentiam. et recipiendi sunt pueri
innocentes quasi in scala quadam
perfectionis ut perfectius innocentiam
servent. Ad octavum dicendum quod si ad 8m
omnes inviti pueri ad religionem
ducerentur timendum esset de casu
futuro. Sed ex quo propria volun-
tate se obligant et religionem
introducuntur non est locus tali
inducta. Ad nonum dicendum quod sicut ad 9m
magnum et parvum multum et paucum
sunt plurium dicuntur relative ita et
festinantius sive velox et tardum
nam festinatum sive velox est quod
in parvo tempore multum movetur. Illa
ergo sola minuitur que est festinata
in respectu ad debitum motum
puta si aliquis aliquem statum a
principio aggressus contemptis rudi-
mentis illius status ea que sunt
perfectiorum in statu illo attemptare
vellet. Non est autem sola festinata
si exercitium perfectionis et quasi
quandam scalam que est religio
a pueritia aliquis ingrediatur.
Tunc enim est culmen perfectionis ut
etiam si a pueritia homines
perfectionem aggrediatur. Semper
tamen ut proficiat. Sicut etiam augustinus
de doctrina christiana. Tanta est
christianarum profunditas litterarum
ut si in eis cottidie proficerem
si eas solas habente pueritia
usque ad decrepitam senectutem
summo studio meliori ingenio
conarer addiscere. Ad decimum dicendum 10m

Sicut diversi ordines sunt quasi diversi gradus unius
claustralis vite. Et ideo oportet ut a
minoribus incipiatur qui ad maiores tendit.
Non autem oportet quod qui tendit ad sacros ordines
exercitetur in hiis que pertinent ad inferiorem
statum laicalis scilicet vite. Et similiter in vita
religiosa oportet quod a rudimentis eius
incipiat qui religionem ingreditur ut
ad summum apicem religionis attingere
possit. Non tamen oportet eum prius exercitatum
in seculari vita. Ad xi[m] dicendum quod in in-
telligibilibus eciam oportet quod aliquis
a minoribus in eadem sciencia incipiat
ut ad maiora perveniat. Non tamen oportet
quod quicumque vult aliquam scienciam addiscere quod
exercitetur in quibus minores sunt. Qui voluerit
aliquam scienciam vel artes libe-
rales non oportet quod prius exerci-
tetur in mechanicis, sed solum
hoc oportet quod minor sciencia pateat
viam ad maiorem. Vita autem secu-
laris non parat viam ad religi-
onem sed magis ab ea abdu-
cit. Unde Gregorius dicit
in principio moralium. Cum me
ad hec cogeret animus pueri
mundo quasi specietenus
deservire ceperunt multa
ex eiusdem mundi cura succre-
scere ut in eorum iam non
specie sed quod gravius mente re-
tinerer. Religionis autem observancia consiliorum
parat viam ad totam et perfectam preceptorum divina
observanciam quod non est in seculari vita observan[tia].
Ad primum dicendum quod racio illa deficit
in multis. Primo quidem quia illi qui
religionem intrant non ad hoc eliguntur
ut sui vel alterius curam gerant
magis quam ante sed magis ut sint
sub cura et obediencia alterius.
Secundo quia hoc non generaliter ab omnibus ... quod
necesse sit eligere meliorem ad regimen
prelacionis sed secundum quosdam sufficiat
eligere bonum. Tercio quia si oporteret
eligere meliorem ad prelacionem non quod
sit meliorem sed meliorem et
magis ydoneum ad hoc. Pueri
autem etsi non sunt meliores sunt
quia adulti sunt tamen magis ydonei
ad hoc ut in religionem intrantur.

Unde Anshelmus in libro de simi-
litudinibus comparat eos qui a pueri[cia]
intrant in religionem angelis
alios autem hominibus quia angeli
a principio homines autem processu temporis
ad vitam eternam pervenerunt.
Et quia ad episcopatum non eligitur
nisi unus. Et ideo maior necessitas
est quod melior assumatur quam in
intrantibus religionem qui plures
accipi possunt. Ad xii[m] dicendum quod
non solum illud quod est peccatum prebet
occasionem ruine sed illud quod habet
speciem mali. Unde et apostolus dicit
prima ad Thessalonicenses ultimo
ab omni specie mali abstinete
vos. Et enim serpens eneus
etsi secundum se esset bonus ex sim-
ilitudine tamen speciem habebat
mali propter similitudinem ydolatrie.
Nam apud eos qui erant ad ydo-
latriam proni non erat dimitten-
dus sed subtrahendus. Introitus autem
religionis nec est secundum se malus
nec habet speciem mali. Benediccio autem
etsi sit de genere suo bona tamen
ad hoc quod sit actus virtutis exigitur
quod sit vestita debitis circumstan-
ciis ut sit quibus et persone et loco
et tempori. Non est autem debitus persone
quod minor parte maiori bene-
dicat. Quia sicut dicitur ad Hebre-
os vii° sine ulla contradiccione
quod minus est a maiore benedicitur.
Ad xiii[m] dicendum quod ille qui accedit
ad consilia non querit ascensum
per observanciam postpositis gradibus
sed magis recedit ab hiis que
sunt homini impedimenta ab observa-
cione preceptorum sicut dictum est.
Ad xiiii[m] dicendum quod secundum dictum Damas-
ceni magis esset contrarium conve-
niens. Ideo enim deus hominibus
est post regularem incorrup-
tibilitatem non statim addidit
quia hoc non esset eis utile

et corporalium bonorum est materia
superbie et ideo utile est homini
ad superbiam vitandam ut ad consi-
lia transeat temporalium abundantia
delinquens Vide primum dubium quod am-
plexus vacacionis significat qui-
etem contemplacionis ad quam
etiam consilia sequentes non statim
a principio pervenire possunt sed post
longum exercitium mandatorum in
vita seculari Vide primum dubium
quod si beneficiis temporalibus aliqui
alliciantur ad religionem cum
pacto sicut solet fieri in emptione
et vendicione est illicita solu-
tio Si autem aliquis aliter promittat
sine pacto non est illicita solutio
Et ideo bene post premissa va
in eodem capitulo subiungitur nisi forte
de paupertate alimenta quibus in-
digne provenat Et tamen subdit
dum tamen absit pactio et omnis con-
vencio Vide idem dubium quod status
religionis quantum ad eos qui in
eo profecerunt est spiritualis milicia
quantum vero ad eos qui de novo
intrant est quasi quoddam tiro-
cinii exercitium et oportet ad
maiorem profectum quod a principio
aliquis huiusmodi exercitium
subeat sicut de exercitio mi-
licie temporalis Vegetius docet
in libro de re militari Vide
primum dubium quod obligatio perfectionis
matrimonium corporale non potest
fieri ante annos pubertatis
sed obligatio solemnis est pro-
fessio que fit in religione
ad perpetue remanendum in ea
Sed ante annos pubertatis
potest fieri aliqua sponsio futuri
matrimonii sicut est in sponsa-
libus tamen assimilatur obligatio
que fit ad religionem Vide 20mum
dubium quod sicut glosa dicit ibidem

Ex hoc quod demoniacus curatus
volebat esse in navi cum Christo sig-
nificat desiderium eorum qui sunt a
peccato mundati qui cupiunt dissolvi
et esse cum Christo sed hoc non statim
eis conceditur sed oportet quod prius
in hac vita laborent annunciando
verbum dei Unde petet quod non
est ad propositum Vide 21m dubium quod quanto
aliquis magis exercitatus in
bono ex consuetudine vel ex seculo ad
religionem transit tanto facilius
in ea proficere potest Sed quia in seculari
vita multa imminent pericula
quibus huiusmodi exercitium virtutis
impeditur tutius est quod a principio
impedimenta disponant pro obser-
vantia consiliorum Vide 22m dubium
quod difficilius est observare precepta
in vita seculari quam in vita re-
ligiosa magna enim virtus requiritur
ad hoc quod aliquis in seculo vivens
se immaculatum a vitiis secularibus
servet Unde dicitur ecclesiastici
xxxi beatus dives qui inventus
est sine macula Et postea sub-
ditur quis est hic et laudamus
eum fecit enim mirabilia in vita
sua Et ideo maioris perfectionis
videtur esse si tamen sit presumptio quod
aliquis in seculo vivens conservet
se immaculatum quam qui tante virtutis
se non existimans ad religionem
transeat ut facilius a peccati macula
conservetur ad modum zachei qui
cum statura pusillus esset ad hoc
ut Christum videret ascendit ad ar-
borem sycomorum id est ficum fatuam
per quam religio designatur Vide
23m dubium quod in utroque statu maiora
maioribus sunt attribuenda
et tamen qui ad minorem statum profi-
cere vult oportet quod in minoribus primordia
illius status accipiat secundum illud
ecclesiastici xxv In iuventute
tua non congregasti in senectute

Primo menti. Et ideo ad hoc quod aliquis perveniat ad perfectionem religionis oportet quod a principio etatis sue ad huiusmodi assuescat.

Capitulum xxiiii

xxiiii Deinde queritur utrum consilia ordinentur ad precepta. Et videtur quod non. Illud enim ad quod ordinatur aliud posterius est. Quia finis prior est intentione et posterior in executione. Sed observatorem preceptorum convenit esse potentem in executione quam in perfectione consiliorum ut patet mathei xix° de adolescente qui se dixerat servasse legis precepta. Non ergo consilia ordinantur ad precepta sicut ad finem sed potius econverso. Preterea finis est perfectior hiis que sunt ad finem. Sed consilia sunt perfectiora preceptis quia consilia pertinent ad perfectum statum precepta autem pertinent ad communem iusticiam. Unde et consilia preceptis superadduntur ut patet per hoc quod dominus xix° dicit adolescenti qui precepta servaverat: Adhuc unum tibi deest. si vis perfectus esse etc. ergo consilia non ordinantur ad precepta sed potius econverso. Preterea sicut se habent principia ad conclusiones ita se habent fines ad ea que sunt ad finem. Sed talis est ordo principiorum ad conclusiones quod positis principiis ponuntur conclusiones non autem econverso quia contingit ex falsis silogizare verum. ergo talis est ordo finium ad ea que sunt ad finem quod posito fine ponuntur etiam ea que sunt ad finem. Sed positis preceptis non ponuntur consilia. Multi enim observant precepta que non observant consilia. ergo consilia non ordinantur ad precepta sicut ad finem. Preterea augustinus dicit in libro de sancta virginitate: Mirabiliter desipiunt qui hanc pueris seculi virginitatem solam esse observandam senciunt. Sed observatio preceptorum pertinet ad pueros seculi. ergo consilium virginitatis non est impendendum propter precepta. et eadem ratio est de aliis consiliis. Preterea precepta pertinere videntur ad vitam activam consilia autem ad vitam contemplativam. Unde mathei xviiii° ubi enumerantur precepta legis dicit glosa: Ecce vita activa. Ubi autem postea subditur: si vis perfectus esse etc. dicit: ecce vita contemplativa. Sed vita activa ordinatur ad contemplativam et non econverso. ergo precepta ordinantur ad consilia et non econverso. Preterea dominus miraculose legitur turbas refecisse. Primo quando satiavit quinque milia hominum ex quinque panibus et duobus piscibus ut legitur mathei xiiii°. Secundo de septem panibus et paucis pisciculis satiavit quatuor milia hominum ut habetur mathei xvi°. Et sic dicit glosa mathei xiiii°: quinque milia pro quinque sensibus corporis hii sunt qui in seculari habitu exteriori recte uti noverunt. hii quinque panibus id est legalibus preceptis ad hoc necesse est alantur. Nam qui mundo integre renunciant quatuor milia sunt et septem panibus id est ewangelica perfectione sublimes et spirituali gratia reficiuntur. Sed plus pavit dominus v milia hominum quinque panibus quam quatuor milia ex septem. Ergo precepta sunt priora consiliis et non econverso. Preterea dispositiones precedunt perfectionem et ordinantur ad ipsam. Sed precepta sunt dispositiones ad consilia. dicit enim glosa Ieronimi in principio marci: Quatuor sunt qualitates de quibus sancta ewangelia contexuntur: precepta, mandata, testimonia, exempla. In preceptis iusticia, in mandatis caritas, in testimoniis fides, in exemplis perfectio

Ad qua ptinet csilia / ergo videtr
q precepta ordinetr ad csilia et
no e cº Ptea primo no e aliquid
prius Sed sicut dicit quedaz glosa
sup ps caritas primo mouet
pedem ad sce reditum vite deactu
aut caritatis dantr precepta ergo
nichil e prius in vita spuali q
precepta Non aut csilia ordinatr
ad precepta Sed potius ecº Ptea
sup illud ps Sic oblactatus
sup matre sua ic dicit glosa
Sicut quadz tpa notatr in pro
creatone carnali ita et in spuali
primu ergo tpus conceptonis
2m e in vtero alteonis 3m
emissionis tercio portatos et lac
tatonis qrto ablactatonis Ita
etiaz in vtero matris eccesie po
concipiuntr du fidei rudimetis
informatr Unde quasi in vtero
aluntr in ei primordiis psitetes
deinde manibus ecclesie portatr
et lacte nutriuntr donec iam
gradio scili a lacte matris
accedamus ad mensa patris
Et postea subditr Multi vero
huic ordini puertunt ut heretici
et scismatici se ante tpus a
lacte sepantes vnde extinguntr
Sed separi a lacte e a facilibus
diminutis ad difficiliora transire
tu vo csilia sunt difficiliora
qua precepta videtr q periculo
extinctonis se exponat qui
ad csilia accedit nisi prius
conuatur i preceptis precepta ergo
ordinatr ad csilia et no
ecº Ptea grego dicit super
ezechielem q ex precepto boni fac
inchoatu e sed illud qd e sapien
cia ordinatr ad illud qd e psectius
et no ecº ergo precepta ordinatr
ad csilia et no ecº Ptea virtus
imitatr natz sed na opatr prius
in corpe animalis ea que ptinet
ad esse sicut membra pncipalia qua
ea que sunt de bn esse Ergo in p
gressu virtutis prioa sunt precepta
que sunt de esse virtutis q csilia
q sunt de bene esse ipius et sic ist
q prius Ptea sicut e ordo i addiscendo
ita etiaz in opando Sed in addiscendo
oportet incipe a facilioribus ut ad
difficiliora pueniatr ergo i operando
oportet prius iple precepta que sunt
faciliora et sic transire ad csilia
Ptea matthei xvo dr i glosa q
sermo diuinus e nobilior via qua
terminus Sed sermo diuinus por
dinat precepta csiliis ut matthei
xvo ubi dr post illud q precepta
e antiqs Et postea supadditr
illud qd psectos est ergo videtr
q obseruancia preceptorz sunt
pordinata obseruatonibus csili
orz Ptea illud qd e minimu i aliqo
gne ordinatr ad illud qd est
maximu i illo gne Sed minimu
minus i vita xpiana e obser
uancia preceptorz maior aut maius
qua obseruanciarz csiliorz
ergo precepta ordinatr ante
csilia Ptea ieronimus dicit
sup mattheu qui precepta legis
imple negligit psectiora im
ple no pt ergo oportz q primo
aliqs impleant precepta quam c
silia. et sic precepta ordinatr ad
csilia Ptea prius e a quo no
cuertitr qua esse aliqd Sed a preceptis
no cuertitr qa trendi ad csilia Ue
cu sequi. si aliqs seruat precepta
q seruet csilia. ergo obseruacio
preceptorz naturaliter precedit et ordinatr
ad obseruanciaz csiliorz Sed ·9·
contra e q augustinus dicit i enchiridion
Quecumqz mandat deus ex
quibus vnum e Non mecha
beris et quecumqz no iubentr
sed spuali csilio monentur
ex quibus vnum e bonum est
homini mulierem no tangere
Tunc recte fiunt cu referantur
ad diligendum deum et proximum
pp deum Sed hec duo cadunt
sub precepto ut matthei xxijº

Ergo consilia ordinantur ad precepta
Preterea illud quod est electionis
ordinatur ad illud quod est voluntatis
quia electio est eorum que sunt ad finem
Sed consilia sunt electionis. precepta
autem voluntatis. Ergo consilia ordi-
nantur ad precepta. Preterea illud
per quod plenius aliquid perficitur
ordinatur ad illud. Sed per consi-
lia plenius et tucius conservantur
precepta. ergo consilia ordinantur
ad precepta. Primo dicendum quod precepta
dantur de actibus virtutum. Duplex
autem est actus virtutum scilicet interior
et exterior. et uterque actus
cadit sub legis precepto. Unde
augustinus dicit contra faustum.
quia iudei non intelligebant
quod homicidium. nisi peremptorem
corporis humani. Aperuit dominus
omnem iniquum motum ad nocendum
fratri in homicidii genere deputari.
Ille etiam tantum corporalem cum
femina illicitam cohabitationem
notari mechiam. que erat
in lege prohibita. Sed dominus de-
monstravit etiam interiorem con-
cupiscentiam ad hoc pertinere. Unde
manifestum est quod interiores actus
virtutum sub precepto cadunt. Consilia
igitur ordinantur ad precepta. Et
primo quod sunt de interioribus virtutum
actibus. Et secundo quod sunt de exte-
rioribus actibus. [illegible]
Nam ad interiores actus virtutum
ordinantur sicut ad finem. omnes
enim exteriores actus virtutum
non aliud pertinent ad mentis puri-
tatem. ut scilicet mens hominis
a passionibus ordinatis. et
ad exteriorum rerum cupiditate
sit libera. et ulterius omnes
virtutes. tam morales quam theo-
logice ordinantur ad dilectionem
dei et proximi. Et ad hoc omnia
consilia ordinantur. sicut ad finem
scilicet ad caritatem dei et proximi. ad
mentis puritatem. Unde dicitur

In collationibus patrum. quidquid
nos ad virtutem cordis dirigit
tota virtute sectandum est. Quidquid
autem ab hac retrahit ut perni-
ciosum ac vicium vitandum est. Pro
hac enim universa agimus atque
toleramus. Propter hanc. patria. parentes.
divicie. delicie. mundi huius et
voluntas universa contempnitur
scilicet ut puritas cordis perpetua
retineatur. Et postea subditur
propter hanc ieiuniorum inedia vigi-
lias labores corporis meditationes
lectiones. ceteras quoque virtutes
debere nos sustinere noverimus
ut per illa ab universis passionibus
noxiis illesos preparare cor
nostrum et conservare possimus et
ad perfectionem caritatis istis gra-
dibus innitendo conscendere.
Et propter hoc idem augustinus dicit
in libro de moribus ecclesie
non reiciendis inquit quibus-
dam cibis quasi pollutis. sed concu-
piscentie perdomande et di-
lectioni fraterne retinende
vigilat omnis intencio. Et ibidem
dicitur. caritas precipue custoditur
si caritati cibus. caritati sermo
caritati habitus. caritati vultus
aptetur. Unde et apostolus prima
ad corinthios septimo virginitatis
consilium ad hoc ordinatum docet
ut mulier innupta cogitet que
dei sunt. et quomodo deo placeat
Et dominus matthei xix paupertatis
consilium ad hoc ordi-
navit ut homo deum sequatur
quod fit per rectitudinem et puri-
tatem interioris affectus. Sic
igitur consilia ordinantur ut finem
ad precepta secundum quod sunt de interi-
oribus actibus virtutum. Sed
secundum quod sunt de exterioribus
puta de operibus. non sunt ut
facias ita ordinantur consilia
ad precepta non sicut ad finem

Non enim propter hoc virginitatem servat ut ab adulterio absti-
neat. Neque in finem aliquis suis
abrenunctiat ut non furetur
aliena. tamen exterior opera sunt
maiora quam interiora opera
preceptorum ordinantur tamen ad ea
in quantum faciunt ea tucius et fir-
mius conservari. Qui enim sua
dimittit multo magis abstinet
a rapiendis aliena. Unde
et augustinus in xix° libro
dicit contra faustum Virginitas ex hebre-
orum lege commemorata. ita dominus
commendavit ut qui ex persona
sua insuper loquetur ad expo-
sitorum commendatam valeret
si quid illa obstinam posuisset
vel ad tucius conservandum
quod illa voluisset ad perfectionem
multo magis facit quam prius esset
et in libro de sermone domini
in monte dicit quod quam dicunt
que adduntur ad inchoationem
Sic ergo patet quod consilia ordi-
nantur sicut ad finem ad precepta
prout sunt de interioribus actibus
virtutum sed ad precepta secundum quod
sunt de exterioribus actibus
ordinantur consilia ad hoc quod
tucius et firmius serventur
per modum removentis. Et propter
hoc est causa secundum in forma enim
interiorum actuum observantia
causatur exterior affectione
mentis bene disposite. Illud
primum ergo. Secundum quod secundum quosdam
dives ille mentitus est dicens
se precepta observasse. et preci-
pue ad unum preceptum quod ibi com-
memoratur pertinens ad interiorem
actum scilicet diliges proximum tuum sicut
teipsum. Unde origenes dicit
super mattheum. Scriptum est vero
secundum hebreos quod tunc dominus dixi-
sset ei vade et vende omnia
que habes cepit dives scalpere
caput suum et non placuit ei. Et
dixit ad eum dominus. quomodo dicis feci
leges et prophetas. Scriptum est in
lege diliges proximum tuum sicut teipsum
et ecce multi fratres tui. et filii
abrahe. amicti sunt stercore
morientes pro fame. et domus
tua repleta est multis bonis. et
non egreditur ex ea omnino aliquid
ad eos. Impossibile enim est impleri
predictum mandatum et esse divitem
et maxime tantas possessiones.
Et hoc non confirmatur per ieronimum
qui dicit super mattheum consentaneum
adolescentis. Dicit enim quod positum
est in mandatis diliges proximum
tuum sicut teipsum. opere complevisset
quomodo postea audiens vende omnia
que habes et da pauperibus
tristis abisset sed quia crisostomus
et alii expositores dicunt ado-
lescentem illum non fuisse menti-
tum. Utrumque salvari potest. Nam
hoc preceptum diliges proximum tuum
et cetera dupliciter potest observari. Uno modo in-
perfecte ut scilicet aliquis non faciat contra
proximum quod sibi non vult fieri
et ut sine detrimento proximo
subveniat. Alio modo ut scilicet ad
subveniendum necessitatibus
proximorum corporalibus ita se habeat
sicut ad subveniendas necessita-
tibus propriis. Hoc enim modo non
implevit hoc preceptum qui cum multas
divitias habeat sibi eas reservat
permittens proximum egere. consilia autem
ad hoc ordinantur ut precepta
perfectius custodiantur. Et ideo dominus
observandi precepta imperfecte
superaddidit consilia per que precepta
perfectius conservantur. Illud 2m Secundum
quod perfectio vite in preceptis secundum quod
sunt de interioribus virtutum actibus
consistit essentialiter. Nam caritas
est vinculum perfectionis. Sic apostolus dicit

Ad colocenses iij° Et ideo cum duo
precepta caritatis posuisset mathei
v. te subiungit Estote ergo perfecti
sed in consilijs que sunt de quibusdam
exterioribus actibus consistit per-
fectio instrumentalis scilicet quia consi-
lia sunt quasi quedam instrumenta
per que facilius ad perfectionem pervenitur
Unde in collationibus patrum dicitur
Jeiunia vigilie meditationes
scripturarum nuditas ac privatio
omnium facultatum non perfectio sed
perfectionis instrumenta. quia non
in ipsis consistit disciplina illius
finis sed per illa devenitur ad finem
Et augustinus et in libro de perfectione
iusticie dicit adcurrunt precepta
perfectionis ne currere negligamus
ad perfectionem caritatis Et Jeronimus
super matheum dicit exponens
illud, ecce nos reliquimus omnia
et secuti sumus te Omnia inquit
non sufficit tantum relinquere inquit
quod perfectum est Et secuti sumus te.
quid ergo erit nobis quasi dicat
fecimus quod iussisti quid ergo
dabis premij Precepta ergo in
perfecta observata pertinet ad com-
munem iusticiam Sed perfectio
vite consistit in ipsa plena obser-
vancia mandatorum Ad 2m dicendum
quod aliquid ordinatur ad finem dupliciter
Uno ut necessarium ad finem sine
quo finis esse non potest sicut cibus
ad vitam corporis observandam
Alio sicut necessarium ad finem
sine quo ad finem non ita bene
pervenire potest. sicut equus ordi-
natur ad iter non quia sine
equo aliquis ire non posset
sed quia in equo melius vadit
Sic et consilia ordinantur ad
precepta, non quia sine consilijs
precepta adimpleri non possunt etiam
quantum ad interiores Sicut abraham
qui et coniugio et diuicijs utebatur

perfectus fuit coram deo perfectus secundum illud
genesis xvij° ambula coram me
et esto perfectus Sed quia per consilia
facilius et expeditius ad perfectam
preceptorum observantiam pervenitur
Ad tercium dicendum quod augustinus in libris illis
intendit excludere quorumdam errorem
qui credebat virginitatem esse necessariam
solum ad cavendam tribulationem
corporis que in matrimonio sustinetur
Observatio vero preceptorum et si in
hoc seculo fiat non tamen pertinet
ad hoc seculum. sed futuro seculo
coniungit Ad quartum dicendum quod precepta
pertinent ad activam et contemplativam
vitam Consilia vero sunt instru-
menta contemplative vite Sed
ibi precessit mencio de preceptis
ordinatis ad proximum quod pertinet
ad activam Ad quintum dicendum quod in
ipso exercitio preceptorum convenit
invenire diversum perfectionem
Unde non potest dici quod numerus 30
milium pertineat ad precepta. et
numerus 100 milium ad consilia
Sed primum pertinet ad imperfectam ob-
servanciam preceptorum qualis
etiam in seculari vita invenitur
habetur Secundum vero pertinet ad per-
fectam observantiam preceptorum
ad quam ordinantur consilia Ter-
tium quia primo duo (?) prodit quinque
milia quia 100 milia Et porro
quod aliquis plus exercitatur
in vita seculari. qui transeat
ad religionem quia etiam religionem
intrantes non statim perfectionem
adipiscuntur Sed ad perfectionem
assequendam se exercitant sicut
et intrantes scolas logice.
non efficiuntur statim logici Sed
ad hoc se exercitant Unde est
religio quedam perfectionis
scola Ad sextum dicendum quod ex-
empla que traduntur in evangelijs
sunt extra Christi. quod pertinet non solum
ad consilia. sed etiam ad perfectam observanciam

preceptorum. Unde etiam ibidem subdit
exempla ut habet distinctione a mee ga-
udiis sed. Ad octavum dicendum quod caritas
habet multos gradus nam primo est caritas
incipiens et postea proficiens et ultimo
perfecta. Unde caritas in spirituali vita est
et principium et finis. Ad nonum dicendum quod
observatio consiliorum est difficilior
quam observatio preceptorum quantum ad
interiores actus. Unde observatio
preceptorum perfecta quantum ad exteriores
actus est longe difficilior di-
fficilius enim est deponere animi
cupiditatem quam passiones. et
unde difficilius est observare ex-
teriores actus preceptorum sine
consiliis sicut ex primis apparet.
Ad xm dicendum quod incipientes sunt
in ordine incipiendorum ab aliis
et ideo ex precepta movetur ad
aliquas faciendum tam in vita
seculari quam in religione. Sed
qui iam perficiunt operantur ex inte-
riori habitu quasi ex se ipsis
non solum consilia sed etiam precepta.
Ad xim dicendum quod sicut dictum est
caritas et est principium spiritualis
vite et finis. Et ideo etiam
ipsa procedit inchoata tamquam de
esse exitus spiritualis vite. et ipsa
sequitur tamquam ad perfectum esse
spiritualis vite. et unde ea que sunt
de bene esse ordinantur ad ob-
servationem eorum que sunt de esse
rei. Ad xiimum dicendum quod etiam in
disciplinis plus adiscitur ea
que perfectius intelliguntur. quamvis
illa facilius sit intelligere ut habere
secundum communem modum. Sicut facilius
est scire argumentari eo modo
quo etiam indocte utitur dyale-
tica quadam. quam scire regulas
logice et unde per addiscuntur regule
logice ad hoc quod aliquis perfectius
argumentari valeat. quam communiter
indocte argumentatur. Et similiter
facilius est observare precepta
secundum imperfectum modum quam observare

consilia. et unde qui tendunt ad perfectam
observationem preceptorum oportet quod in-
cipiant a consiliis sicut a quibusdam
instrumentis. Ad xiiim dicendum quod illa
que ibidem superaddidit non sunt consi-
lia sed precepta. ut patet tum
ex ipsis verbis domini que ibi ponuntur
tum etiam ex expositione augustini
in libro de sermone domini in
monte. Ad xiiiim dicendum quod obser-
vantia preceptorum secundum imperfectum modum
est minimum in spirituali. sed est maximum
si observentur perfecte. Ad xv
dicendum quod perfectiora evangelii
non solum sunt consilia sed etiam
precepta ut ex dictis. Ad xvi dicendum
quod illud a quo non continetur quia
essendo. et si sit plus nam quodam
modo non oportet unde quod sit plus
sit prius. Non enim in angelis unde
precedit intelligere. quamvis non de-
veniens sit intellectus. quia a
principio angeli perfectam vitam
habuerunt. que est intellectualis.
Et sic qui volunt plenius
precepta custodire statim a prin-
cipio consilia assumere debent
licet non omnes observantes
precepta observent consilia. [illegible]

Sequitur quotlibetum quintum

Quesitum est de deo
et de angelis et
de hominibus. De
deo questitum est quantum
ad naturam divinam
et quantum ad naturam
assumptam. Quantum ad naturam
divinam questitum est et de scientia
et de potentia dei. Circa scientiam dei
quesita sunt duo. Primo utrum deus
sciat primum instans in quo potuit
mundum creare. Secundo utrum perditi
a deo possint demereri etc. articulus primus

Ad primum sic proceditur videtur
quod deus sciat primum instans
in quo potuit mundum cre-
are. deus enim potuit
mundum creare antequam creaverit

v

Non autem potuit creare tempore
infinita ante quam sit ei esse coe-
ternus ergo est dare aliquod in-
stans in quo primo potuit mundum
creare. Si enim deus in nichil sit
quod eius omnipotentie preiudicet
preiudicaret autem eius omnipotentie
si esset aliquod instans in quo primo
potuit creare mundum quia sic eius
potentia ad illud instans limitaretur.
Ergo deus non sit primum instans
in quo potuit creare mundum etc.
Responsio dicendum quod cum dicitur aliquid fieri
in aliqua mensura loci vel temporis
uno modo presupposita ipsa mensura
et particularis effectus producitur
a deo vel aliis agentibus in
loco vel tempore. Alio modo ut sit cum
eo quod fit producatur mensura loci
loci vel temporis. Et hoc modo mundus
a deo in esse producitur. Non quidem
quasi in aliquo loco vel tempore
preexistente. Sed quia simul cum
mundo et locus et tempus producitur.
Unde aliter est intelligendum cum
dicitur quod deus potuit facere aliquem
particularem effectum puta equum
vel hominem antequam fecerit vel etiam
alibi quam fecerit. Et aliter cum hoc
de mundo dicitur. Nam cum de homine
vel equo hoc dicitur significatur
aliquod tempus vel locus aliquis
esse in quo homo a deo fieri potuit.
Sed cum hoc de mundo dicitur non
significatur quod sit aliquod tempus
ante mundum vel aliquis locus
extra ipsum sed significatur quod deus
potuit mensuram loci vel temporis
mundi facere maiorem. Si igitur queratur
utrum potuerit mundum facere infi-
nitum antequam fecerit, si hoc quidem
referatur ad potestatem facientis
manifestum est quod in infinitum antequam
fecerit facere potuerit. Dei enim
potentia est eterna cui nichil accrescere
potuit ut inciperet quasi facere
mundum cum prius non potuerit. Si
vero referatur ad ipsum mundum sic
non potuit fieri ut esset semper
supposita catholice fidei veritate

Nunc habet mundum quamquam non
fuisse. Sicut enim deus non potest facere
quod illud quod fuit non sit factum quod
infra dicetur. Ita non potest facere ut
quod fuit quamque numquam non fuerit.
Secundum hunc ergo sensum dicitur quod deus
non potuit mundum facere in infinitum
antequam faceret. Sed ad hunc intelligendum
est quod infinitum etc. dicitur. Uno modo in
actu et sic dicitur secundum modum predictum
quod deus non potuit facere mundum
in infinitum antequam fecerit vel quod dura-
cio mundi in infinitum ante precesserit.
Alio modo dicitur infinitum secundum potentiam
et sic potuit deus in infinitum mundum
facere antequam fecerit. Quia quantum-
cumque ante detur eum fecisse
adhuc potuit eum prius facere
etc. non est dare primum instans in quo
deus potuit facere mundum. Et sicut
dare primum instans in quo fecerit.
Sic etiam est dare summum angelum
non tamen est summum ultra quem facere
non potuit. Et sic patet responsio
ad questionem etc. articulus secundus n

Ad secundum sic proceditur. Videtur
quod presciti a deo non possunt
demereri. Sicut enim aliqui
sunt electi a deo ab eterno ad gratiam
habendam ita et aliqui sunt presciti
a deo ad hoc quod sue nature relin-
quantur. Sed naturalibus non meremur
nec demeremur ergo presciti
a deo non demerentur. Preterea
nullus dampnatur a deo nisi propter
demeritum cum deus sit iudex
iustus. Sed presciti dampnantur
a deo ergo demerentur. Responsio
dicendum quod scientia dei comparatur ad res
creatas sicut ars ad artificiata.
Unde sicut ars non solum est cogno-
scitiva sed factiva illorum que
secundum artem fiunt peccatorum vero
quibus ab artis regulis de-
viatur est cognoscitiva tantum. Ita
etiam scientia dei est factiva et cogno-
scitiva omnium bonorum. Malorum vero
sive peccatorum que sunt deviationes
quedam ab eterna lege ipsius scientia
dei est cognoscitiva non autem causativa

Et sit q[uod] boni q[ui] p[er] gra[tia]m iustificant[ur]
ab et[er]no p[re]cogniti sed etiam electi
ad gra[tia]m habendam. peccatores
aut[em] q[ui] no[n] iustificantur p[er] gra[tia]m
no[n] sunt electi nec p[re]ordinati a
deo ad culpa[m] sed solu[m] p[re]sciti
q[uod] no[n] sunt gra[tia]m habituri sed sue
nature sunt relinq[ue]ndi Quia
v[er]o nullu[m] agens potest i[n] illud
q[uod] e[st] infra se no[n] aut[em] in illud
q[uod] e[st] sup[ra] se natura sibi relicta
no[n] p[otes]t i[n] actu meritorum. qui e[st]
supra facultate[m] nature p[otes]t
aut[em] in actu p[e]c[ca]ti qui e[st] demeri-
torius sicut i[n] aliq[uo]d infra natura[m]
humana[m] existens Homo enim
peccando decedit a dignitate
nature sue et p[otes]t demereri
Ad p[ri]mu[m] ergo d[icendu]m q[uod] ad hoc q[uod]
dr natura no[n] mere[tu]r neq[ue]
demeret[ur] p[otes]t i[n]telligi dupl[iciter]
vno mo[do] sic q[uod] n[atur]alia p[er] se no[n] sunt
merita vel demerita Et sic v[erum]
e[st] q[uod] merita sunt sup[ra] natura[m]
demerita sunt infra natura[m] Alio
p[otes]t i[n]telligi q[uod] n[atur]alia no[n] sunt p[ri]nci-
pia merendi vel demerendi
et sic falsu[m] e[st] N[atur]alia enim adiuta
p[er] gra[tia]m sunt p[ri]ncipia merendi Sibi
aut[em] relicta p[ossu]nt esse p[ri]ncipia
ut dem[eren]di e[st] &c Diuisio &c

Deinde circa potencia[m]
dei questita sunt duo
p[ri]mo vtru[m] deus possit
v[ir]gine[m] corruptam
repar[ar]e s[e]c[un]do vtru[m] deus
possit peccar[e] si velit Ar[ticu]l[u]s 3

Ad p[ri]mu[m] sic p[ro]cedit[ur] videt[ur]
q[uod] deus possit v[ir]ginem
corruptam repar[ar]e ad o[mni]a
potencia dei p[er]tinet q[uod] no[n]
sit i[m]possibile apud deu[m] o[mn]e v[er]bu[m]
ut habet[ur] luce p[ri]mo sed h[oc] e[st]
quodda[m] v[er]bu[m] v[ir]gine[m] reparar[e]
post lapsu[m] S[e]d [contra] e[st] q[uod] Jeronim[us]
dicit cu[m] deus possit cetera
no[n] p[otes]t repar[ar]e v[ir]gine[m] post ruina[m]
Et h[abe]t[ur] i[n] decretis xxxii q[uestio] 5 ta[m]
di paulus Resp[on]sio d[icendu]m q[uod] i[n] v[ir]ginitate
duo possumus [con]siderar[e] Vnu[m]
v[er]o e[st] ipsa i[n]tegritas mentis
et corporis et sic deus p[otes]t v[ir]gine[m]
repar[ar]e post ruina[m] q[ui]a p[otes]t et
mente[m] reintegrar[e] p[er] gra[tia]m
et corpus [con]solidar[e] p[er] miraculu[m]
Alia aut[em] causa e[st] i[n]tegritatis
p[re]dicte q[ui]a s[cilicet] v[ir]go no[n] fuit cog[ni]ta
viro Et q[uan]tu[m] ad hoc deus no[n]
p[otes]t v[ir]gine[m] post ruina[m] repar[ar]e
Non enim p[otes]t facere ut ea que co-
gnita e[st] a viro suo no[n] fuerit
cognita Dicit nec de aliquo q[uod]
iam f[a]c[tu]m e[st] p[otes]t facere q[uod] no[n] fuit
f[a]c[tu]m Potentia enim dei se extendit
ad o[mn]e ens Vn[de] solu[m] illud a
dei potencia excludit[ur] q[uo]d repugn[at]
r[ati]o[n]i entis Et hoc e[st] sic esse
et no[n] esse q[uo]d i[m]plicat [con]tradicto[r]ia Et
eiusdem r[ati]o[n]is e[st] q[uo]d fuit no[n] fuisse
Vnde aug[ustinus] dicit xxvi[to] [contra] faustu[m]
quisquis dicit. si omnipotens est
deus faciat ut ea q[ue] facta sunt.
facta no[n] fuerint Non videt[ur] hoc
se dicere. si omnipotens e[st] faciat
ut ea q[ue] v[er]a sunt. falsa sint
Ad p[ri]mu[m] ergo d[icendu]m q[uod] cu[m] v[er]bu[m] sit
conceptus mentis. nichil q[uod] [con]tradict[ionem]
i[m]plicat v[er]bu[m] dici potest Quia
no[n] cadit in conceptu mentis ut p[ate]t
i[n] 4o metha[phisice] Articulus &c

Ad 2m sic p[ro]cedit[ur] videt[ur]
q[uod] hec sit f[a]l[s]a deus potest
peccar[e] si vult De quolibet
enim possibili dicere q[uod] ip[s]e p[otes]t facere si
vult p[otes]t eis dici sim[ilite]r q[uod] ipse facit
illud Si ergo hec p[ro]p[ositi]o e[st] v[er]a
deus p[otes]t peccar[e]. sed hoc e[st] erro-
neu[m]. ergo et p[ri]mu[m] Sed [contra] q[ui]c[umque]
vult peccar[e] peccat. sed sequit[ur]
si deus vult p[otes]t peccar[e]. Ergo
s[e]q[ui]t[ur] si vult p[otes]t peccar[e] Resp[on]sio
d[icendu]m q[uod] hec [con]dicio si ordine[m]
quendam i[m]portat p[otes]t ac i[m]p[ossi]bile
et h[oc] ordine i[m]portar[e] Vno q[ui]d[em]
modo ordine[m] cause seu p[ri]ncipii
et hoc mo[do] f[a]l[s]a e[st] q[ui]a voluntas
enim dei e[st] p[ri]ncipiu[m] [et] causa
respectu creatura[rum]. no[n] respectu
eor[um] que p[er]tinet ad diuina[m]
natura[m] Vnde non dicimus

iij
iiij

Quem pater genuit voluntate sed naturaliter ut patet per Hugonem in libro de sinodo. Potentia autem dei ad ipsam divinam naturam pertinet. Unde hoc ipsum quod est posse peccare non est obiectum divine voluntati. Alioquin voluntas dei esset principium mutacionis divine nature quod est impossibile. Alio modo potest importare ordinem quendam. Et sic haec locutio est vera. Si deus vult peccare potest peccare. Sequitur enim consecutione si argumentum fit ex impossibili posito quod deus vult peccare ergo potest peccare. Vera enim quod vult potest sed non econverso. Quidquid ergo dicitur quod eadem dicatur si homo vult currere potest currere. Antecedens est impossibile et ideo consequens est similiter impossibile. Sed tu dicis sic. Si deus vult peccare potest peccare. Antecedens est impossibile ergo nichil prohibet consecutionem esse veram quante gente ipsi.

Deinde circa ad naturam assumptam quesita sunt duo. Primo utrum totus sanguis quem Christus in sua passione effudit in resurrectione ad corpus eius redierit. Secundo in quo Christus nobis signum maius dilectionis exhibuerit, utrum in hoc quod Christus est passus pro nobis vel in hoc quod corpus suum dedit nobis sub sacramento in cibum. Articulus primus.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod totus sanguis Christi qui est in passione eius effusus ad corpus eius in resurrectione redierit. Resurrectio enim nostra conformis erit resurrectioni Christi secundum illud ad Philippenses tertio: Reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Sed ad corpus nostrum in resurrectione redibit totum quod fuit de veritate humane nature. Sanguis autem Christi in passione effusus fuit de veritate humane nature. Et pater dicitur. Secundo in illud Crux

Pater cruor ponxit fusus agni corpore. Ergo videtur quod sanguis in passione effusus in resurrectione ad corpus eius redierit. Preterea verbum domini numquam deposuit quod in natura assumpsit. Partibus humane nature abiscitem in passione separatis verbum dei assumpsit in natura nostra non solum corpus sed etiam sanguinem. Ergo sanguis ille numquam fuit a verbo depositus. Rediit ergo ad ipsum in resurrectione. Sed contra est quod in aliquibus ecclesiis sanguis Christi usque ad hodie dicitur servari. Responsio. Dicendum quod in resurrectione tam Christi quam nostra totum quod fuit de veritate humane nature reparabitur, non autem illa que de veritate humane nature non sunt. Et communiter circa ea que sunt de veritate humane nature sit diversa doctorum opinio. Secundum quamlibet tamen tenetur opinionem non tamen sanguis nutrimentalis vel qui ex cibis generatur pertinet ad veritatem humane nature. Sed ergo Christus ante passionem comederit et biberit nichil prohibet in eo fuisse aliquem sanguinem nutribilem qui ad veritatem humane nature non pertinet et quem non oportet ad corpus eius redire. Sed quia specialiter sit questio de sanguine in passione effuso pro redemptione humani generis etiam hoc magis verum videtur quod totus ille in resurrectione ad corpus Christi redierit. Tum racione cum aetatis prima accipi potest ex etate Christi patientis. Passus est enim in perfectissima etate quam maxime ea que in homine inveniuntur ad veritatem humane nature pertinere videntur, tamquam ad maximam perfectionem adducta. Tum alia sumitur ex merito passionis. Si enim sanctorum martirum

Ille partes in quibus passiones pro christo sustinuerunt quendam privilegiatum fulgorem in resurrectione habebunt ut augustinus dicit xxiimo de civitate dei Ergo multo magis sanguis christi quem pro salute humani generis effudit ad gloriam resurrectionis pertinere ratus est Tercia ratio potest sumi ex ipsa virtute passionis Sanguis enim ille in passione effusus humanum genus satisfaciet secundum illud ad hebreos ultimo ut ihesus sanctificaret per sanguinem suum populum extra portam passus est Humanitas autem christi salutiferam virtutem habet ex unitate verbi sibi uniti ut damascenus dicit in tercio libro Unde manifestum est quod sanguis christi in passione effusus qui maxime fuit salubris fuit divinitati unitus et ideo oportuit quod in resurrectione rediret aliis qualitatis partibus Sanguis autem christi qui est in quibusdam ecclesiis dicitur ex quadam ymagine christi percussa miraculose profluxisse vel etiam aliter ex corpore christi Et per hoc patet responsio [illegible]

vi **Articulus vi**

Ad 2m sic proceditur videtur quod christus magis maius dilectionis signum nobis ostendit tradendo corpus in cibum quam paciendo pro nobis Karitas enim patrie perfectior est quam karitas vie Sed beneficium illud quod nobis contulit corpus suum dans nobis in cibum magis assimilatur caritati patrie in qua plene fruemur deo passio autem qua pro nobis subiit magis assimilatur caritati vie in qua nobis pro christo imminet pati Ergo magis est dilectionis signum quod corpus suum christus tradidit nobis in cibum quam quod passus est pro nobis

Sed contra est quod dicit iohannis xvmo Maiorem caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis Responsio dicendum quod illud quod est potissimum in unoquoque genere mensura est omnium eorum que sunt illius generis ut patet per philosophum in xmo methaphysice potissimum autem in genere amoris humani est amor quo quis amat seipsum Et ideo ex hoc amore necesse est mensuram accipere omnis amoris quo quis alium amat Unde et in nono ethicorum philosophus dicit quod amicabilia que ad alium sunt ex amicabilibus que ad seipsum pertinent autem ad amorem quo quis amat seipsum ut velit sibi bonum Unde tanto aliquis alium magis amare probatur quanto maius bonum quod sibi vult propter amicum postponit secundum illud proverbiorum xiimo Qui negligit dampnum propter amicum iustus est Vult enim homo sibi triplex bonum pertinere que sunt anima corpus et res exteriores Est igitur aliquod signum amoris quod in rebus exterioribus propter alium detrimentum patiatur Maius autem est amoris signum si etiam corporis propter eum detrimentum patiatur vel labores vel verbera pro amico sustinendo Maximum autem dilectionis signum est si etiam animam suam deponere velit pro amico moriendo Quia ergo christus pro nobis patiendo animam suam posuit fuit maximum dilectionis signum Quod autem corpus suum dedit in cibum sub sacramento ad nullum detrimentum ipsius pertinet Unde patet quod prius est maius dilectionis signum Unde et hoc sacramentum est memoriale quoddam et figura passionis christi Veritas autem preeminet figure et res memoriali

Ad primum ergo dicendum quod exhibicio
corporis christi est quedam signum
caritatis qua diligit nos in
tercia. Sed passio eius pertinet
ad ipsam dei dileccionem non a primo
ad priam revocante dileccio
aut dei non est maior in pria
qua sit in putice. Vltimus

vij Deinde circa angelos
quesitum est vnum scilicet vtrum
lucifer sit subiectum evi
et videtur quod sit. Nam
subiectum temporis est primum temporale simpli-
cissimum eviternum. Ita subiectum
evi videtur esse simplicissimum
eviternum. Hoc autem est lucifer
qui inter angelos summus fuit
in sua natura creatus
Evum autem non respondet gracie
sed nature. Aliquin corpora ce-
lestia que non sunt susceptiva
gracie evo mensurari non possunt.
Sed ergo naturalia integra re-
manserunt in demonibus post
peccatum sicut dyonisius dicit quarto
capitulo de divinis nominibus videtur
quod evum sit in lucifero sicut in
subiecto. Sed contra evum est quedam
eternitatis participacio. Sed angeli
beati magis in participacione
eternitatis quam lucifer qui
est beatitudinis expers. ergo
lucifer non est subiectum evi. Sed
magis summus bonorum angelorum
Responsio dicendum ex ignorancia lingue
greece provenit quod quod dicitur
apud grecos evum ab eternitate
divi ac si distingueretur ante
pos ab hoc. Quod enim in
greco dicitur eon in latino
dicitur eternitas. Et etiam
dyonisius x° capitulo de divinis
nominibus pro eodem vtitur eternitate
et evo. Sed quia nostri vtentes
ut plures diu vtrumque distinguunt
accipiunt evum in aliud est
quam eternitatis participacio ut scilicet
essencialis eternitas ipsi deo attribuatur

Evum autem quasi participata eternitas
substanciis spiritualibus eterne sunt supra
tempus. Tercia vero illud quod
per essenciam est semper est mensura
temporis quod est per participacionem. Est
dicendum quod prima mensura omnium evi-
ternorum est ipsa dei eternitas
sicut etiam substancia dei est mensura
omnium substanciarum ut dicit commentator x° mo
metaphysice. Sed si quis tamen velit dicere
per mensuram homogeniam ipsis
quibus dicitur quidam quod non est vna
mensura communis sed quodlibet
eviternum est suum evum. Sed hic
contrariam vocem ignorat. Sic enim
esset verum quod dicitur si omnia eviterna
essent equalia. Sic enim vnum
eorum non esset mensura alterius
Hoc autem non est verum. Tercia in
angelis est accipere primum medium
et vltimum non solum secundum diversas
ierarchias et ordines. Sed
etiam secundum diversos angelos in
eodem ordine ut patet per dionisium x° mo
capitulo celestis ierarchie. Et quia
semper illud quod est simplicissimum
est mensura in quolibet genere sicut
dicitur in x° metaphysice. Ideo necesse
est quod duracio simplicissimi
eviterni sit evum omnium eternorum
Et ita simplicissimum est subiectum
evi. Sed est attendendum quod substancie
spirituales mensurantur evo non
solum quantum ad earum substanciam sed
quantum ad earum operaciones
Vnde in libro de causis dicitur
quod sunt in momento eternitatis
secundum substanciam et operacionem. Et sic
quod ille angelus qui est subiectum
evi sit simplicissimus non solum quantum
ad naturam sed etiam quantum ad
operacionem. talis autem summus bonorum
angelorum. Cuius operacio magis
est in vno quia est deus unita. Vnde
summus bonorum angelorum est subiectum
evi. Non autem lucifer. Ad primum
ergo dicendum quod aliqui posuerunt luci-
ferum non fuisse summum inter ange-
lorum. Sed sicut damascenus dicit

b

Fuit p̄mus eorum qui peccaverunt
ordine terrestri. Sic ergo gradus
secundum gregorium quod fecit summus omnium
tunc conditor qui sua spacio ascensa
ab uno primo et conversa ad multi-
tudinem inferiorum rerum quarum
primatum tenuit. Et secundum hoc demones
ceciderunt a summa simplicitate
cui verum dicit dyonisius x° capitulo
de divinis nominibus quod demones
dux mali propter hoc quod confirmatur
circa operacionem naturalem. Divisio

Deinde questio est de homine
et primo quantum ad ea que possunt
esse omnibus communia. Secundo quantum
ad ea que pertinent ad quosdam homines
status circa communia vero questio
est quadruplex. primo quidem de hiis
que pertinent ad naturam hominis. Secundo de hiis
que pertinent ad sacramentum. 3° de hiis
que pertinent ad virtutes. 4to
de hiis que pertinent ad precepta.
Circa primum quesita sunt tria. primo
quantum ad personas hominum utrum scilicet si
adam non peccasset eidem homines
salvarentur qui nunc salvantur. Secundo
quantum ad intellectum utrum scilicet
verum cordis sit intelligibile.
Tercio quantum ad voluntatem utrum
scilicet ea que pertinent ad merita sint
voluntaria. Ad primum. Articulus

viii Ad primum sic proceditur. videtur
quod si adam non peccasset
non eius multi salvarentur
qui nunc salvantur. Si enim adam
non peccasset soli electi nascerentur.
ergo non fuissent illi peccatores
qui finaliter sunt reprobati. Et per
consequens nec eorum filii. quia si non
essent eorum patres. consequens est neque
filios esse eosdem. Multi autem
nunc salvantur ex reprobis parentibus
nati. Ergo si adam non peccasset
non idem salvarentur qui nunc
salvantur. Preterea secundum philosophum semen
est superfluum alimenti. Sed alimentum
tibi non fuisset in paradiso si non
peccasset ab hiis quibus nunc utimur.
ergo aliud fuisset semen

Et per consequens alii filii. Sed contra est.
quod gregorius dicit xiiii° moralium
si primum parentem nulla putredo
peccati corrumperet. nequaquam ex se
filios iehennae generaret. Sed hii
qui nunc per redemptorem salvandi
sunt soli ab eo electi nascerentur.
Responsio dicendum quod cum generatio hominis
sicut et aliorum animalium semen
patris sit agens. materia vero
a matre ministrata sit sicut patiens
ex quo corpus humanum formatur.
impossibile est eundem filium nasci. si
sit alius pater sive alia mater. Sicut
eciam non est idem sigillum
sive sit alia cera. sive sit ad
corpus sigilli. ex cuius impressione
cera sigillatur. Et quamvis super-
fluum alimenti sit semen secundum philosophum
diversitas tamen alimentorum non suffi-
ceret ad diversificandos filios qui
ex semine nascuntur. quia ex illis
cibis non fuisset semen nisi quatenus
aliqualiter in substanciam patris conver-
terentur. Dicunt autem quidam sequentes
anselmum quod si homo non peccasset
in illa prima temptacione
statim confirmatus fuisset.
et ipse et omnes qui ab eo
nascerentur ita quod omnes qui nasce-
rentur fuissent electi. Unde
cum nunc multi qui salvantur ex
peccatoribus nascantur. sicut obici-
endo tangebatur. consequens est quod etiam
alii parentes salvandorum. Et per
consequens alii filii. Sed hec posicio non
videtur esse. quia secundum augustinum in xiiii° de
civitate dei status corporis
in homine proporcionabiliter re-
spondet statui anime. Quamdiu
ergo homo habuit corpus animale
potens mori et non mori indigens
alimentis. tam diu habuit animam
potentem peccare et non peccare.
habuit autem corpus animale quamdiu
fuit in statu innocencie. quod eciam
fuisset post illam primam temptacionem
si non peccasset. Et ideo possibile fuisset

Si primus homo tunc non peccasset
ut etiam ipse nec eius posteri
postmodum peccaret. Ut hugo
de sancto victore dicit. Unde ex
hoc non sequitur puerum diversitas quod
nec sint aliqui peccatores. tunc autem
non essent. Sed est aliud unde
necesse est ponere diversitatem
parentum. quia in primo statu unus
homo non habuisset plures uxores
nec etiam aliqui ex fornicatione
vel adulterio nascerentur. quod nunc
convenit. Etiam et in hiis qui
salvantur. Multi enim filii unius
patris ex pluribus uxoribus nati
salvantur sicut patet de filiis
iacob. multi etiam ex fornicatione
et adulterio nati salvantur. Illi
quibus eius sanctissima sacramenta
salutis adhibentur. Unde relinquitur
quod aliqui qui nunc salvantur. qui
si primus homo non peccasset. non
nascerentur. et per quos non salva-
rentur. nec tamen dei predestinatio
falleretur. quia deus predestinavit
homines quos sciebat futuros eventu.
Quod autem subdit gregorius. quod si primus
homo non peccasset nequaquam ex
se filios generaret iehenne. In-
dubitanter verum est. Non enim
in filios transfunderetur peccatum
originale. Sed quod homines filii
ire nascuntur. Quod autem subdit
quod hii soli qui nunc salvandi sunt
nascerentur. intelligendum est quod p-
nomine facit sermo de generatione.
quia scilicet soli electi nascerentur sicut
est ex natura originis non de
generatione personali. Anima alie
persone essent homines qui salvarentur.
Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ix Ad secundum sic proceditur. Articulus
videtur quod aliquod verbum
cordis ~~cord~~ sit species in-
telligibilis. Verbum enim cordis
est illud quod intellectus videt.
Hoc autem est species intelligibilis. ergo
verbum cordis est species intelligibilis.
Preterea cognitio intellectiva a sensu oritur
sed illud quod sensus sentit est
species sensibilis. ergo verbum cordis
quo intellectus intelligit est species intel-
ligibilis. Contra verbum cordis
interius est quod exterius verbo
significatur. sed verbum exterius non
significat speciem intelligibilem. ergo
verbum interius non est ipsa species in-
telligibilis. Responsio dicendum quod secundum
augustinum xv° de trinitate verbum
cordis importat quoddam procedens
a mente sive ab intellectu. Procedit
autem aliquid ab intellectu inquantum
est constitutum per operationem ipsius. Est
autem duplex operatio intellectus secundum philosophum
primam vocat indivisibilium intelli-
gentiam. per quam intellectus format
in seipso diffinitionem vel conceptum
alicuius incomplexi. Alia autem operatio
est intellectus componentis et dividentis
secundum quam format enunciationem. Ut-
rumque istorum per operationem intellectus
constitutorum vocatur verbum cordis.
Primorum primum significatur per terminum
incomplexum. secundum vero significatur per
orationem. Manifestum est autem quod omnis
operatio intellectus procedit ab eo
secundum quod est factus in actu per speciem
intelligibilem. quia nichil operatur
nisi secundum quod est in actu. Unde
necesse est quod species intelligibilis
que est principium operationis intelligibilis
differat a verbo cordis quod per
operationem intellectus formatur. Quamvis
ipsum verbum possit dici forma vel
species intelligibilis. Quod sit per intellectum
constituta sicut forma artis qua
intellectus advenit. Est quedam
species intelligibilis. Ad primum ergo
dicendum quod intellectus intelligit aliquid dupli-
citer uno modo formaliter. et intellectus
specie intelligibili qua fit in actu.
Alio modo sicut instrumento quo utitur
ad aliud intelligendum. et hoc modo
intellectus verbo intelligit quia format verum

Quod intelligat rem ad secundum dicendum quod cognicio sensus exterioris perficitur per solam inmutacionem sensus a sensibili, videlicet per formam quam sibi a sensibili imprimitur sentit. non autem ipse sensus exterior format sibi aliquam formam sensibilem. hoc autem facit virtus ymaginativa cuius forma quodam modo similis est verbum intellectus. x. articulus

Ad tercium sic proceditur. videtur quod ea que fiunt ex timore non sunt voluntaria. necessitas enim voluntati contrariatur. ut dicitur in quinto methaphisice. sed ea que fiunt ex timore dicuntur ex necessitate fieri. non ergo sunt voluntaria. Item omne quod quis operatur propter finem est voluntarium. Sed ea que quis operatur ex timore operatur propter finem, scilicet ad vitandum malum quod timet. sicut qui proicit merces in mari vitat submersionem navis. Ergo huiusmodi sunt voluntaria. Responsio dicendum quod cum bonum sit voluntatis obiectum, hoc modo se habet aliquid ad hoc quod sit voluntarium quomodo se habet ad hoc quod sit bonum. Contingit autem in vita aliquid consideratum esse bonum quod tamen secundum aliquas particulares circumstancias sit malum. sicut occidere secundum se est malum. si occidere hominem pernicioso multitudini est bonum. Et quia acciones sunt seu sunt circa singularia iudicantur bone vel male et per quas voluntarie vel involuntarie simpliciter quidem consideratis sub hiis circumstanciis, secundum quid autem secundum quod in vita considerantur. Ea autem que ex timore fiunt in vita considerata sunt mala et involuntaria. sed si considerantur secundum similem circumstanciam sic sunt bona et voluntaria. sicut proicere merces in mari secundum se consideratum est malum

et non voluntarium. In tali autem casu est bonum et voluntarium. unde et philosophus in tercio ethicorum dicit quod huiusmodi mixta sunt ex voluntario et involuntario simpliciter autem sunt voluntaria. secundum quid autem involuntaria. et ex necessitate facti et per hoc patet responsio ad obiecta

Responsio

Deinde circa sacramenta questio est. primo de sacramento eukaristie. secundo de sacramento penitencie. tercio de sacramento matrimonii. Circa eukaristiam quesita sunt duo. primo utrum forma panis annichilatur. secundo utrum sacerdos debeat dare hostiam non consecratam peccatori sibi petenti occulte. xi. articulus

Ad primum sic proceditur. videtur quod forma panis in sacramento eukaristie ad nichil est. Illud enim annichilari videtur quod desinit esse et in nichilum convertitur. Sed forma panis in consecracione desinit esse nec est dare in quid convertatur. Non enim convertitur in materiam corporis christi. nec eciam in formam eius que est anima. Aliquin anima esset ibi ex vi sacramenti. ergo forma panis adnichilatur. Item augustinus dicit super illud iohannis in xvij. Clarifica me pater tu. Significancia non convertatur in verbum. Si diligencius cogitamus ipso periret in deo. Sed illud adnichilari dicitur quod perit. ergo si panis convertitur in corpus christi videtur quod ad nichil est. Sed contra est quod augustinus dicit in libro octuaginta trium questionum deus non est actor tendendi in non esse. est autem actor eukaristie ergo in illo sacramento nichil ad nichil est. Responsio

Quintum quia adnichilacio quendam
motum importat cum sit aut motus
vel mutacio a termino ad quem. Unde
fit ut adnichilacio est nichil.
Consecracio panis autem in sacramento
eukaristie non terminatur ad
nichil sed ad corpus Christi. Alio-
quin non esset dare quod corpus
Christi incipiat esse sub sacramento.
Non enim incipit ibi esse per motum
localem. Alioquin desineret
esse in celo. Relinquitur ergo
quod in consecracione panis non est
aliqua adnichilacio sed trans-
substanciacio panis in corpus Christi.
Ad primum ergo dicendum quod sicut in generacione
naturali neque forma generati neque materia corrumpitur
sed totum compositum, ita eciam in sacramento
altaris non est conversio seorsum
de forma aut materia in quod
convertatur sed totus panis con-
vertitur in totum corpus Christi. Ideo
est corpus. Anima si in triduo mortis
Christi fuisset consecracio facta non
fuisset ibi anima sed corpus ex-
anime sicut in sepulcro iacebat.
Ad secundum dicendum quod per rerum dicere potest
natura humana si converteretur
in verbum in Christo esse desineret
Christum scilicet ad terminum a quo non
autem adnichilaretur. Christum ad terminum
ad quem etc. Articulus

xii Ad secundum sic proceditur. Videtur
quod sacerdos non debeat
dare hostiam non consecratam
peccatori occulto hoc petenti.
Non enim debet sacerdos peccatum
occultum publicare. Publicaret
autem si ei daret hostiam non
consecratam cum aliis fidelibus daret
consecratam. Ergo sacerdos non debet
dare hostiam non consecratam peccatori
occulte petenti. Preterea hostia
consecrata a sacerdote alicui fideli
porrecta a circumstantibus adorabatur.
Si autem exhibet hostiam
non consecratam loco consecrate
Christum est in se facit populum ydolatrare.

Quod est grave peccatum. Non ergo
sacerdos debet peccatori occulte
petenti hostiam dare non consecra-
tam. Sed contra est quia sacerdos est medicus
animarum. Sapiens autem medicus
vitat quantum potest periculum infirmi
quem accepit in curam. Peccatori
autem cuius curam habet sacerdos
imminet magnum periculum si
in statu mortalis peccati corpus Christi
accipiat. Quod qui manducat
et bibit indigne iudicium sibi
manducat et bibit ut dicitur
ad Corinthios xi. Ideo ergo sacer-
dos bene facit si eius periculum
evitet porrigens ei hostiam
non consecratam. Respondeo dicendum quod primo
veritati non est aliqua fictio ad-
iungenda. Quoniam nulla est conven-
cio lucis ad tenebras ut
apostolus dicit secunda ad Corinthios.
Sexto et Augustinus hoc probat in libro
83 questionum quod corpus Christi
non fuit fantasticum quia veritas
que Christus non potest falli. Et
ideo in sacramentis ecclesie nichil
fictione agendum est. Et precipue
in sacramento altaris in quo totus
Christus continetur. Esset autem quedam
fictio si hostia non consecrata
loco consecrate daretur. Et cum
hoc eciam sacerdos quantum in se
esset populo fieret ydolatrandi
occasio qui quamvis peccatum ydola-
trie non incurret estimans
probabiliter hostiam esse consecratam.
Tamen sacerdos in hoc ipso quod ho-
stiam non consecratam populo exhi-
beret adorandam ydolatrie
crimine incurret. Unde hoc in
nullo casu est faciendum. Debet
ergo sacerdos peccatorem occulte
primo monere ut penitentiam
agat et sic ad sacramentum
accedat. Ergo si penitere
noluerit debet ei occulte in-
hibere ne cum aliis communicantibus
in publico se ingerat. Et si se
ingesserit debet ei dare hostiam consecratam

Verbi gratia duo credimus Item 3m
Verbi gratia stultus esset medicus
qui cum maiori periculo suo minus
periculum infirmi vellet impedire
puta si vellet ipse venenum
bibere ne infirmus biberet vinum
Multo autem magis peccaret sacerdos
fictionem faciendo in sacramento
Christi quam peccator indigne sumens
Verbi gratia stultus esset sacerdos
si vitaret peccatum subditi et ipse
grauius peccaret fictionem faciens
in sacramento vitali etc. Divisio

Deinde quesitum est circa
sacramentum penitentie
questio sunt duo Primo utrum
prelatus debeat subditum
suum ab administratione remouere propter
aliquid quod ab eo in confessione audi-
uit Secundo utrum in meliori statu
moriatur ille qui moritur in
via eundi ultra mare quam
ille qui moritur in redeundo

xiii Ad primum sic proceditur articulus
videtur quod prelatus
posset subditum suum
ab administratione remouere propter
aliquid quod ab eo in confessione
audiuit quia iusticia pro
caritate contra caritatem
militat Sed sigillum confe-
ssionis institutum est propter carita-
tem non ergo militet contra
caritatem ex qua tenetur
prelatus subuenire subditorum prouide-
re Est autem aliquid contra salutem subditi
si eius administratio admittatur
vt puta si habeat occasionem recidiuan-
di in peccatum ergo non obstante
sigillo confessionis prelatus debet
eum ab administratione remouere
Sed contra est quod nichil est faciendum
in preiudicium confessionis esset autem
preiudicium confessionis si subditus
ab administratione remoueretur
propter crimen quod suo prelato con-
fessus est quia propter hoc alii retra-
herentur a confessione non ergo
debet prelatus subditum ab ad-
ministratione remouere propter peccatum
quod ei confessus est Responsio dicendum quod
illud quod per confessionem auditur nullo
modo est manifestandum nec verbo nec
signo nec nutu nec etiam aliquid
est faciendum Verbi gratia in suspicione
peccati aliquis posset peruenire Si
igitur amotio subditi ab ad-
ministratione posset inducere ad
manifestandum peccatum dictum in
confessione vel aliquam probabi-
lem suspicionem de ipso nullo modo
prelatus debet ipsum subditum
ab administratione remouere.
puta si in aliquo monasterio
esset conuentum quod priores non
amouerentur de suis prioratibus
nisi propter culpam manifestaretur
peccatum confitentis per remotionem
ab administratione Verbi gratia si abbas
hoc faceret grauiter peccaret tamquam
confessionem reuelans Posset tamen
secrete eum caritatiue remonere
ut cum instancia peteret absolutionem
si hoc videret saluti eius expedire
Si vero per amotionem ab admi-
nistratione peccatum nullatenus
manifestaretur. puta si in aliquo
monasterio esset conuentum quod
aliquis de suo libitu de facili
aliquos ab administratione re-
moueret. hinc aliqua causa
vel occasione accepta posset
subditum sibi confessum ab admi-
nistratione remouere. debet
tamen hoc facere cum debita caute-
la. si talis administratio
esset subdito periculosa in poste-
rum. Similiter etiam in hoc casu
melius esset quod eum induceret
ad absolutionem petendam Si vero
periculum in posterum non timeretur
non oporteret quod pro peccato preterito
per penitentiam deleto eum ab
administratione remoueret Dicit
etiam augustinus et in libro de adulte-
rinis coniugiis non ad hoc de-
putamus adulteros quos cedimus

penitentia esse salvatos quamquam
enim penitentes innocentibus
meliores sunt Et per hec patet
responsio ad obiecta Articulus

xiiii H Ec 2m sic proceditur videtur
quod melius moriatur crucesignatus in via eundi
ultra mare quam ille qui moritur
redeundo qui enim moritur in
eundo est quasi prosequendo
votum suum ut se exponat
morti pro Christo et ita moritur
tamquam martir qui autem moritur
in redeundo non moritur in proposito
exponendi se pro Christo Et
ita moritur quasi confessor Sed
maior est status martirum
quam confessorum ergo in meliori
statu moritur qui moritur
in eundo quam qui moritur
in redeundo Contra quia qui moritur
in redeundo consummavit iam
votum suum Qui autem moritur
in eundo non dum consummavit
Sed est quasi in principio Perfectum
autem est melius imperfecto et finis
principio ergo melius moritur
in redeundo quam qui moritur
veniendo Responsio dicendum quod quanto
aliquis cum pluribus meritis
moritur tanto melius moritur
merita autem illa manent non solum illa que actu
agit sed etiam illa que iam
fecit Remanent apud deum deposita
secundum illud 2a ad Timotheum
tertio 2o Scio cui credidi et
certus sum quia potens est
depositum meum servare in
illum diem Manifestum est
autem quod ille qui moritur in
redeundo de ultra mare
ceteris paribus cum pluribus
meritis moritur quam ille
qui moritur in eundo Habet
enim duplex meritum ex assumpcione
itineris et ulterius
de persecucione in qua forte
multa gravamina est passus
et ideo ceteris paribus melius
moritur in redeundo quamvis ire
magis sit meritorium quam
redire absolute loquendo Ad
primum ergo dicendum quod illud propositum
exponendi se morti propter Christum
habuit etiam iste in eundo
nec hoc meritum perdidit si
se immunem a peccato custodivit

Divisio C.

D Einde circa matrimonium
questa sunt duo
primo si aliquis desponsat
aliquam per verba de
futuro et postea carnaliter
cognoscat non quidem quasi
consenciens in matrimonium
sed solum modo volens fraudulenter
subripere copulam carnalem
si post modum contrahat
cum alia per verba de presenti
utrum 2a sit uxor eius Secundo
si vir accuset uxorem de
adulterio occulto utrum
teneatur in iudicio sumpcionem
confiteri etc. Articulus xv

A D primum sic proceditur
videtur quod ille qui cognovit
carnaliter mulierem
quam desponderat per verba
de futuro non posset habere
uxorem illam cum qua postea
contraxit per verba de presenti
Iudicio enim ecclesie compellitur
stare cum prima quam carnaliter
cognovit Sed etiam sunt facte
persone illegitime ad contrahendum
ergo videtur quod
talis non posset cum alia
muliere facere matrimonium
Et ita illa cum qua 2o contraxit
per verba de presenti non est uxor
sua Contra est quod error personis
non preiudicat veritati matrimonii

Sed ex errore hominis presumitur
esse consensus ubi fuit copula
carnalis. Convenit quod per iudicium
ecclesie aliquis illam habere quam
cognovit carnaliter post contra-
ctum per verba de futuro. Ergo non
preiudicat veritati secundi matrimo-
nii quod est rite contractum per
verba de presenti. Responsio dicendum quod
sicut Nicolaus papa dicit
causa matrimonii est consensus
per verba de presenti expressus sine
qua cetera etiam cum coitu sub-
secuta frustrantur. Remota
autem causa removetur effectus.
Unde cum in primo matrimonio contrahitur
non consensus fuisse. Manifestum
est quod primum non fuit matrimonium.
Et quia posita causa ponitur
effectus consequens est quod secundum fuerit
matrimonium in quo ponitur
fuisse mutuos consensus per
verba de presenti expressos inter
personas a matrimonio solutas.
Ad primum ergo dicendum quod ecclesia
in hiis que ad matrimonium
pertinet tripliciter se habet.
Uno quidem modo per modum
iudicis. Et quia homines
vident ea que apparent secundum
quod dicitur primi regum xvi. Ideo
quod iudex ecclesiasticus iudicat
secundum ea que apparent vel
per confessiones partium vel per iuba-
nentes testes et per alia legit-
tima documenta quibus omnibus
adhibitis contingit quandoque
veritatem latere et precipue in
hiis que pertinent ad interiora
cordis que humano testimo-
nio probari non possunt. Et si per
aliqua signa exteriora de
hiis possit aliqua coniectura
haberi. Et ideo iudicium eccle-
sie circa ea que ad matrimo-
nium pertinet si veritas lateat
non impedit sequens matrimonium

contrahendum nec dirimit iam
contractum. Alio modo se habet
per modum prohibentis et punien-
tis. Et hoc quidem impedit
matrimonium contrahendum sed
non dirimit iam contractum puta
uxoricide penam imponit ecclesie
ut ab alterius matrimonio
abstineat. Si tamen contraxerit
matrimonium non dirimitur.
Tertio modo se habet per modum sta-
tuentis quod fit solum auctoritate
summi pontificis. Et secundum hoc
persone aliquae redduntur ille-
gitime ad contrahendum ita
quod si etiam contrahat matri-
monium dirimitur ut in
quibusdam gradibus consangui-
neitatis vel affinitatis vel
etiam de altera cum dat ei
fidem contrahendo vel cum ma-
chinatus est in morte uxoris. XVI

Ad secundum sic proceditur. art ii
Videtur quod mulier accusata
de adulterio non teneatur
peccatum suum in iudicio confiteri.
Nullus enim tenetur suum peccatum
occultum publicare. Sed adulterium
mulieris est occultum. Si autem in iudicio
confitetur ipsum veniet in publicum.
Non ergo tenetur mulier accusata
de adulterio peccatum in iudicio confi-
teri. Sed contra est quod debet prestare
iuramentum de veritate dicenda.
Sed nullus debet deiurare.
Ergo veritatem debet confiteri de
suo peccato. Responsio dicendum quod circa hoc
distinguendum est. Si enim adulterium
sit omnino occultum neque debet
peccatum suum in iudicio confiteri
neque debet ab ea exigi iura-
mentum de veritate dicenda
quia occulta solucio divino
iudicio reservantur secundum illud prima
ad Corinthios iiii° Nolite
ante tempus iudicare quousque
veniat dominus qui illuminabit abscondita

tenebrarum. Quod qui de adulterio
confessus etiam infamia vel aliqua
signa evidentia apparent que
vehementem suspicionem facere possunt
vel qui est semiplene probatum
tunc debet ab ea exigi iura-
mentum de veritate dicenda et
ipsa tenetur confiteri veritatem
et si licet per consilio ad obiecta. Distinctio

Deinde circa virtutes
opposita sunt duo primo circa
iusticiam scilicet si aliquis
incidens in latrones
promittat eis pecuniam pro sua
liberatione si mutuo etiam
accipiat ab aliquo suo amico
utrum restituere teneatur. Secundo
circa abstinentiam utrum aliquis
peccare posset nimis ieiunando
vel vigilando etc. Articulus

xvii Ad primum sic proceditur videtur
quod ille qui accepit mutuo
pecuniam ut se redimeret
a latronibus non teneatur re-
stituere quia ut augustinus dicit
tempore necessitatis sunt omnia communia
sed nullus debet quasi proprium
petere illud quod est quasi commune
ut ambrosius dicit et habetur
in decretis distinctione xlvii sicut ma-
iores [?]. Cum ergo ille
qui in latrones incidit
sit in maxima necessitate consti-
tutus utpote in periculo mortis
existens videtur quod proprium sit commune
sibi aliquid quod erat alterius et
ita non teneatur ei restituere
qui pecuniam mutuavit ac
si esset proprium. Item circa illum qui
facere compensationem aliquam pro eo
quod ille facere tenebatur. Sed
ille qui mutuavit pecuniam
tenebatur proximum suum a mortis
periculo liberare secundum illud pro-
verbiorum xxiiii° Erue eos qui
ducuntur ad mortem. Ergo videtur
quod ille qui liberatus est non
teneatur eis restituere pecuniam
mutuatam. Sed contra est quod dominus
dicit mathei vii° Omnia que
vultis ut faciant vobis homines
et vos facite illis. Sed ille qui
liberatus est a latronibus vellet
sibi restitui si quid mutuasset.
Ergo et ipse debet restituere
quod mutuo accepit. Respondeo dicendum
quod actus iusticie est unicuique
reddere quod sibi debetur. Unde
cum ratione contractus bone fidei
qui fuit inter mutuantem
et mutuum accipientem restitutio
debeatur ex iusticie precepto
tenetur qui mutuo accepit
pecuniam eam reddere creditori
et tanto magis quanto in maiori necessitate
creditor sibi subvenit. Ad primum
ergo dicendum quod licet in necessitate
sunt omnia communia tamen ille non
potest sibi de suo subvenire. Ridi-
culum enim esset si quis fame
patiens vellet accipere panem
quem haberet in archa et diceret
se debere accipere panem alienum
quasi communem. Que autem per
amicos possumus per nos aliqualiter
possumus ut philosophus dicit in iii°
ethicorum. Iste autem qui in la-
trones incidit potest se per amicos
liberare mutuum accipiendo
et ideo non sunt ei omnia communia.
Ad secundum dicendum quod unusquisque tenetur
ad liberandum proximum a morte
secundum suam conditionem
et modum. Et hoc fuit quod implevit
ille qui pecuniam mutuavit
non autem tenebatur ea donare
in casu quo ille poterat per mutuum
liberari etc. Articulus xviii

Ad secundum sic proceditur. Videtur
quod non possit peccare nimis
ieiunando vel vigilando.
Deus enim non potest diligi ab homine
nimis. Sed probatio dilectionis
est exhibitio operis ut dicit
gregorius in omelia quadam.
Ergo videtur quod aliquis non possit
peccare nimis ieiunando vel

vigilando ꝑt deum. Et con est q bernhardus confitetur se peccasse de hoc q nimis corpus suum ieiunando et vigilando debilitavit. Ad secundum q secundum philosophum in primo politice aliter est iudicandum de fine aliter de hiis que sunt ad finem. Finis enim absque mensura querendus est. In hiis autem que sunt ad finem adhibenda est mensura secundum proportionem ad finem. Sicut medicus sanitatem que est finis est facit sine mensura ... Sed adhibet medicinam secundum q convenit ad sanitatem faciendam. Est igitur considerandum q in spirituali vita dilectio dei est sicut finis. Ieiunia autem et vigilie et alia exercitia corporalia non queruntur tamquam finis. Unde sicut dicitur ad romanos primo castigo corpus meum et in servitutem redigo. Huiusmodi sunt adhibenda cum quadam mensura rationis ut scilicet concupiscentie vitentur et natura non extinguatur secundum illud ad romanos 12mo exhibete corpora vestra hostiam viventem. Et postea subdit rationabile sit obsequium vestrum. Si vero aliquis in tantum virtutem nature sue debilitet per ieiunia et vigilias et alia huiusmodi q non sufficiat debita opera exsequi ut puta predicator predicare doctor docere et sic de aliis. Procul dubio peccat sicut peccaret vir qui nimia abstinentia se impotentem redderet ad debitum uxori reddendum. Unde ieronimus dicit de rapina olocaustum offert qui vel ciborum nimia egestate vel somni penuria immoderate corpus affligit. Et item rationalis homo dignitatem amittit qui ieiunium castitati et vigilias sensus integritati prefert.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Divisio

Deinde circa precepta et consilia sunt duo primo utrum precepta ordine nature consilia precedant. Secundo utrum peccata que sunt contra precepta secunde tabule sint graviora peccatis que sunt contra precepta prime tabule etc. Articulus XIX

Ad primum sic proceditur videtur q precepta ordine nature non precedant consilia. Illud enim ordine nature ad quod est prius natura primo instigat. Sed precepta sunt de primo instinctu nature quia sunt de dictamine naturalis rationis non autem consilia ergo precepta sunt priora consiliis. Secundo. Conditio est q prius natura aliquis de se ... unde sic ... est prius perfecto. Et hoc modo precepta non sunt priora consiliis. Quia in preceptis caritatis principue consistit perfectio. Secundo per modum cause prius precedentis effectum et sic etiam non sunt priora quia non est necessarium q aliquis prius impleat precepta quam consilia. Tertio modo per modum dignitatis quod prius est simul tempore sicut sol et lux solis et radiorum. Sed nec hoc modo precepta sunt priora. Quia non est necesse q quicumque servat precepta servet consilia. Ergo nullo modo precepta ordine nature precedunt consilia.

Responsio. Dicendum q circa hoc necesse est duo considerare. Primo quid sit esse prius ordine nature. Secundo q sit preceptum et quid consilium. Quibus manifestatis evidenter apparebit quid queritur. De primo sciendum est secundum philosophum in quinto methaphisice prius et posterius dicuntur de quolibet ordine per comparationem ad primum illius ordinis. Sicut in loco per comparationem ad primum loci et in disciplinis per comparationem ad principia disciplinae. Sic igitur et

In ordine nature dicitur aliquid
esse prius per comparationem ad prima hec
que quidem sunt cause. Vnde
secundum vnumquodque genus cause prius
est in ordine nature quod est
propinquius cause. Quattuor autem
cause sunt scilicet tres earum
efficiens formalis et finalis
concurrunt in idem. Vnde relinquitur
quod ordo nature sit duplex. Vnus
quidem secundum rationem cause materialis secundum
quam imperfectum est prius perfecto et
potentia actu. Alius autem ordo
est secundum rationem aliarum trium causarum
secundum quem perfectum est prius imperfecto et
actus potentia. Vnde philosophus dicit
in 9o methaphisice quod alia sunt potentie
priora alia perfectione et quod forma
est prius naturaliter quam materia
ut probatur 2o phisicorum et convenientia
dicitur esse prius natura actus qui
est prior specie et substantia ut dicitur in
nono methaphisice quod potentia que est
in eodem prior generatione et tempore.
Vnde etiam philosophus dicit in 24 pu-
exercias quod in hiis que contingit
esse actu et potentia ea que sunt
actu sunt priora tempore posteriora.
Circa 2m vero primo circa rationem
consilii et precepti considerandum est
quod preceptum importat rationem debiti.
Debitum autem est aliquid dupliciter.
Vno modo secundum se, quod finis est debitus
in vnoquoque negotio. Sicut medicus enim
per se debet querere sanitatem.
Alio modo est aliquid debitum propter
aliud secundum illud sine quo non potest
perveniri ad finem, sicut quod medicus
dicitur ydonee dietam infirmo
sine qua non potest sanari. Illud
vero quod ordinatur in finem ut me-
lius aut facilius consequatur
si sine hoc aliquis possit consequi
finis non habet rationem debiti. Finis
autem principalis qui lege divina
ordinatur est duplex. Vnus quidem
principalis scilicet adherere deo per caritatem.
Vnde dicitur prima ad thimotheum
~~finis precepti~~ finis precepti est caritas.

b

Et finis secundarius est quasi dispositio
scilicet puritas et rectitudo cordis
que consistit in interioribus actibus
aliarum virtutum. Vnde apostolus dicit
ad romanos 6to habetis fructum
vestrum in sanctificatione. Sicut etiam
in generatione naturali finis est et
prima forma substantialis et ultima dispo-
sitio ad formam. Vnde manifestum
est quod principalia precepta
divina sunt quidem de dilectione
dei et proximi, vt mathei 22o.
Secundaria vero de interiori sanctifi-
catione secundum illud prima ad thessa-
lonicenses 4to hec est voluntas
dei sanctificatio vestra. Omnia vero
alia que sunt principalis vite or-
dinantur ad precepta sicut in finem
sed dupliciter. Quedam enim sunt
talia sine quibus predicti fines
esse non possunt. Et hec cadunt
sub precepto sicut non habeatis
deos alienos etc. Quedam autem
sunt sine quibus ad predictos
fines perveniri potest. Vnde non
cadunt sub precepto sed quia per
hominem melius et ad facilius
pervenitur ad fines predictos. Dantur
dei consilia sicut patet de pau-
pertate virginitate et aliis huiusmodi.
Et est simile: si aliquis dicitur ex precepto
esse rome certo die tenetur
etiam ex debito precepto romam
ire non autem tenetur ex precepto
ire equester. Quamvis sine hoc
possit pervenire romam, tamen cadit
hoc sub consilio, quia eundo equitando
facilius et melius perveniet
ad finem. Hiis ergo visis patet
de facili illud quod querebatur.
Quia enim premissa consilia ad precepta
finalia que sunt de dilectione
dei et proximi. Et de interiori
cordis puritate manifestum
est quod precepta sunt priora consiliis
naturali ordine perfectionis
sicut actus naturaliter prior est potentia.

u

Et finis eius que sunt ad finem
Si consilia essent priora naturaliter
ordine quam decalogi et temporis. Igitur
scilicet per consilia ad puritatem perfectam
cordis et perfectam dilectionem dei et
proximi pervenimus. Si autem compare-
mus consilia ad alia precepta que ordi-
nantur ex necessitate in predictos fines
sic est duplex consideracio circa
in consiliis necesse est ut concludantur
precepta. Qui enim omnia dimittit
non rapit aliena et qui virginitatem
servat non mechatur. Sic eciam
qui non equitat vadit sed non
convertitur. Ergo est una comparacio
ad precepta absolute considerata
et sic hoc modo precepta erunt
ordine nature priora consiliis
sicut genus est prius specie. Con-
silia autem ergo priora naturaliter preceptis
sicut species sunt priora secundum naturam
quam genera ut patet per Porphyrium in predicamentis
Comparatur enim genus ad speciem
sicut potencia ad actum. Precepta autem
absolute sumpta se habent per modum
generis ad observanciam preceptorum
sicut non mechari in virginitate
et non mechari ad matrimonium
et ire equitem ad ire pedestre
Alia vero comparacio est consiliorum ad
precepta sine consiliis observata
sic comparentur autem in equo
ad eum qui vadit pedibus. Virginitas
est enim comparacio virginis seu con-
tinentis ad matrimonium et pau-
peris propter Christum ad eum qui in seculo
suis contentus est. Et sic simpliciter
ordine nature consilia sunt priora
preceptis tamquam perfecta imperfectis
Nec precepta sic accepta precedunt
naturali ordine decalogi et temporis
consilia. Non enim oportet quod ille
qui vult continenciam vel virgini-
tatem conservare prius matrimonia
ingatur. Nec eciam oportet quod
ille qui vult esse pauper propter Christum
prius secularem vitam agat in qua
suis vitiis sit contentus. Sic eciam
non oportet quod ille qui vult ire

equester romam prius vadat
pedester et postea equester
sed melius est si a principio eque-
ster vadat. Et per hoc patet re-
sponsio ad obiecta. [illegible] ultra

XX

Articulus 3

Ad 3m sic proceditur videtur quod
peccata que sunt contra precepta 2e
tabule sint graviora peccatis
que sunt contra precepta prime tabule
peccatum enim contra precepta 2e tabule
est tale scilicet contempto bono incom-
mutabili commutabili bono ad-
herere sicut patet in furto et adulterio
et aliis huiusmodi. Sed contemptus
incommutabilis boni est peccatum contra
precepta prime tabule quibus ordi-
namur ad exhibendam reverenciam
deo. Ergo peccata que sunt contra precepta
2e tabule includunt peccata que sunt
contra precepta prime tabule et aliquid
addunt ergo sunt graviora. Preterea
simonia est maximum peccatum. Sed
cum simonia sit species avaricie
est contra precepta 2e tabule. Ergo
peccata que sunt contra precepta 2e
tabule sunt graviora. Sed contra
est quod peccata contra precepta prime tabu-
le sunt desperacio et alia huiusmodi
que sunt gravissima peccata. Ergo peccata
que sunt contra precepta prime tabule
sunt graviora. Responsio dicendum quod for-
malis racio peccati mortalis
consistit in aversione a deo. Si
enim esset inordinata conversio
ad bonum commutabile sine
aversione a deo sic non esset
peccatum mortale. Precepta autem
prime tabule secundum se ordinant
directe hominem in deum vel que
ad dilectionem dei pertinent. Et ideo peccata
~~precepta~~ que sunt contra precepta prime
tabule directe et secundum se im-
portant aversionem a deo. Peccata
autem que sunt contra precepta 2e ta-
bule ipse quidem deordinant
nos propter circa bona commutabi-
lia circa que ordinamur per
precepta 2e tabule. Ex consequenti
autem deordinant nos a deo

b

In unoquoque autem quae potissime est
illud quod est contra vii pecta que sunt
contra precepta secunde tabule secundum suum
genus sunt gravissima inter que pecatorum
Ad primum ergo dicendum quod tot tempus
dei per se directis est in petis
que sunt contra precepta secunde tabule
Sic autem non attenditur includitur
in petis que sunt contra precepta 2e
tabule non enim ille qui vult
fornicari intendit hoc facere in
contemptum dei sed intendit propter
delectari ad quam consequitur quod
deum contempnit propter perseveraciam in
sentencie mandata dei transgrediens
Ad 2um dicendum quod simonia non est
maximum pectum simpliciter sed maximum
inter illa que committuntur circa con-
tractus pecuniarios Et hoc
etiam est ex hoc quod irreverentiam
se habet ad res sacras in
quo attingit peta que sunt contra
precepta prime tabule Divisio
Deinde quesitum est de
hiis que pertinent specialiter
ad quosdam hominum status
Et primo de hiis que pertinent
ad prebendatos 2o de hiis que
pertinent ad doctores 3o de hiis
que pertinent ad religiosos 4o de
pertinentibus ad clericos Circa
primum quesita sunt tria primum utrum
matheus vocatus sit statim
de theoloneo ad statum aposto-
latus et perfectionis 2m utrum
ille qui eligitur canonice in
episcopum melius faciat consen-
ciendo electioni de se facte
vel eam refutando Tertio
utrum prelatus qui dat beneficium
ecclesiasticum alicui suo consang-
wineo sperans per hoc suum genus
exaltari et ditari committat
XXI simoniam Articulus
Ad primum sic proceditur videtur
quod beatus matheus non fuit
vocatus statim de theolo-
nio ad statum apostolatus et
perfectionis dicit enim gregorius
super ezechielem Nemo repente
fit summus Sed status apostolatus
et perfectionis ewangelice est
summus status humane vite ergo
matheus non fuit statim vocatus
ad statum perfectionis et apostolatus
Sed contra est quod dicit ieronimus super
mattheum quod de publicano re-
pente fit apostolus Et beda dicit
super lucam quod de publicano
in apostolum de theoloniario in
ewangelistam est mutatus Et quedam
glosa dicit luce 5to quod illarum
rerum cogitacionem vel curam humane
vite sibi reservavit que est perfectionis
ewangelice Ergo statim vocatus
ad apostolatus statum et perfectionis
Responso dicendum quod questio ista ex
verbis ewangelii determinari
potest Si enim loquamur de aposto-
latu manifestum est secundum narra-
cionem mathei marci et luce
quod dominus post vocacionem mathei
aliquanto spacio temporis ex suis disci-
pulis duodecim apostolos elegit
Inter quos unus fuit matheus
Et sic patet quod statim a principio
fuit vocatus ad discipulatum
christi non autem ad apostolatum nisi
secundum preordinacionem christi qui eum
apostolum successivum disponebat Et
secundum hoc intelligenda sunt verba
ieronimi et bede Si autem
loquamur de perfectione ewange-
lica manifestum est quod statim a princi-
pio vocatus est ad statum perfectionis
Dicitur enim luce 5to quod surgens
relictis omnibus secutus est eum
Quod etiam ad discipulatum
christi pertinebat secundum illud quod
dicitur luce 14mo Nisi quis
renunciaverit omnibus que possidet
non potest meus esse discipulus Ad
primum ergo dicendum quod similitas in vita
humana potest accipi dupliciter Uno modo
secundum comparacionem status ad statum secundum
quod in humana vita unus status
maior est alio et aliquis est
summus Sic enim melior perhibet

Aliqui e repente fiant summi. id est
attingunt ad statum et hoc apparet
tam in spirituali vita quam in seculari
inveniuntur enim aliqui statim a
pueritia ad statum religionis
qui est perfectissimus convolasse vel
proprio arbitrio sicut beatus iohannes
baptista et beatus benedictus
vel etiam devocione parentum non
sicut illi qui monasteriis tra-
duntur a parentibus. Sic enim non
oportet quod in seculari vita ex-
erceantur antequam ad religionem
transeant sicut non oportet quod
aliquis exerceatur in laycali vita
antequam clericus fiat. Sic etiam
aliqui repente assumuntur ad
regnum et ab ipsa pueritia sicut
salomon et ysayas reges iuda
vel eciam ex ultimo statu sicut saul
Unde ecclesiastes 4to dicitur quod
de carcere et cathenis interdum
quis egreditur ad regnum. Sic ergo
potest accipi summum per gradus quorundam
quibus proficit perfectio unius hominis
Et sic intelligit gregorius quod nemo
repente fit summus. dicit enim augustinus
super canonicam iohannis quod caritas
non mox ut nascitur perfecta est non
ut perficiatur nascitur. cum fuerit
nata nutritur. cum fuerit nutrita
roboratur. cum fuerit roborata per-
ficitur. Contingit tamen quandoque quod unus
homo repente incipit ab altiori
gradu sanctitatis qua sit summus
ad quem pertingit perfectio Alterius
hominis ut patet de beato benedicto
de quo gregorius 2o dyalogo
quod presentes et futuri omnes agnoscerent
beatum puerum conversacionis
graciam a perfectione incepisse etc.

xxii Ad 2m sic proceditur articulus
Videtur quod melius faciat
qui consentit electioni canonice
de se facte quam qui eam recu-
sat dicit enim gregorius 22o
moralium. prelacio cum precipitur

Non ex libidine amanda est Sed
qui aliquis per canonicam electionem
episcopalem dignitatem adipiscitur
non percipit ex libidine Ergo debet
eam amare. non ergo debet eam
recusare. Sed contra est quod gregorius dicit
xxmo moralium Prelacio per-
turbare intencione fugienda est
Responsio dicendum quod in eo qui electioni
canonice de se facte
consentit considerare precipue debet
quid intendit. Si enim intendit
aliquid temporale puta sub nomine divi-
ciarum exutum se a iugo religionis
vel aliquid huiusmodi manifestum
est quod est depravata intencio unde
melius faceret si non assentiret
Si autem intendit profectum ecclesie
sic planum est quod est bona intencio
Unde augustinus dicit decimonono de
civitate dei In actione non aman-
dus est honor in hac vita sive
potentia Sed ipsum opus si recte et
utiliter fiat ut valeat ad salutem
subditorum et inducit illud apostoli
quod dicitur prima ad thimoteum 3o
Si quis episcopatum desiderat
bonum opus desiderat Sed tamen
est quod ad hoc opus maxima requiritur
ydoneitas. quia ut dicit gregorius
in pastorali tantum actione populi
debet actio transcendere prelati quantum
distare solet a grege vita pastoris
Hec autem quamvis fragilitatis humane
propriis viribus sufficiens non est secundum
illud apostoli 2a ad corinthios 2o
Et ad hec quis tam ydoneus
Sed tamen de auxilio gracie divine homines
ydonei et sufficientes redduntur
Sicut ipse postmodum subdit 2a ad
corinthios 3o ydoneos nos fecit
ministros novi testamenti Potest ergo
aliquis laudabiliter considerans
defectum proprium ex humilitate officium
prelacionis recusare Sicut Jeremias
qui dicit Nescio loqui quia puer
ego sum Potest autem laudabiliter
consentire ex caritate fraterna
ut salutem proximorum procuret

Sicut ysaias qui dicit ecce ego
sum mitte me ysaie sexto . Sed
sicut gregorius dicit in pastorali
in utroque est subtiliter intuendum
quod is qui recusat plene non resistit
et is qui mitti voluit ante se per
altaris calculum purgatum vidit
ne aut non purgatus adire
quisquam sacra ministeria audeat
aut quem superna gratia elegit
sub humilitatis specie superne di-
spositioni contradicat . Quia ergo
valde difficile est purgatum
se quemlibet posse agnoscere pre-
lationis officium tucius declinatur
tamen non pertinaciter . cum ad hoc
suscipiendum superna voluntas
cognoscitur . Ad primum ergo dicendum
quod illud verbum gregorii non de-
bet intelligi . potestas cum ex li-
bidine non percipitur . amanda
est . Sed ita . potestas cum percipitur
non est amanda ex libidine
subdit enim . sed ex longanimi-
tate tolleranda . Ad secundum dicendum
quod melior est intencio prelacionem
fugientium sine mente desiderium
dummodo non assit necessitas ex parte
prouidentis super omnes . Unde gregorius
dicit declamans de trinitate dei
superior locus sine quo populus
regi non potest . et si ita teneatur
ut decet . tamen decenter appetitur
Unde enim scitur quod querit caritas
veritatis negocia tamen multa
suscipit necessitas caritatis etc.

XXIII Ad tercium sic proceditur **articulo**
Videtur quod prelatus qui dat
beneficium ecclesiasticum alicui
consanguineo vel amico suo
ut alii eos consanguinei exal-
tantur simonia committat . Est
enim simonia studiosa voluntas
emendi vel vendendi aliquid
spirituale vel spirituali annexum . Sed in
casu predicto videtur esse emptio
vel vendicio rei spiritualis . Quia
in hiis potest esse emptio et vendicio
in quibus est liberalitas / hoc autem
dic superat / ut liberaliter retorqueret
ergo est ibi simonia . Sed contra est quod ysaie
33 dicitur super illud beatus qui excutit
manus suas ab omni munere dicit
glosa quod triplex est munus . a manu . a
lingwa . ab obsequio . quorum nullum
est in proposito casu . ergo non est ibi
simonia . Responsio dicendum quod cum simonia
circa emptorem et venditorem con-
sistat / hic distinguendum videtur
Quia aut prelatus vendit eum
obligando cui dat beneficium eccle-
siasticum ad aliqua retorquenda
faciendum sibi vel suis consang-
wineis . intencio simoniacam
intendit enim quandam tacitam
vendicionem . Si vero non intendat
ad hoc eum obligare . sed intendat
quod ille vel suis consanguineis
propria sponte liberaliter retri-
buerit equidem . prava est in-
tencio et carnalis . sed non simo-
niaca . Ad primum ergo dicendum quod sicut
probatum in eo et quedam liberalitas
non est circa quemlibet usum pecunie
sed est circa dantes et sumptus
simonia autem est circa venditorem
et emptorem . **Divisio** —
Deinde circa doctores
quesita sunt duo . primo
si doctor qui semper docuit
propter inanem glorie gloriam
utrum habeat aureolam si in morte
peniteat . Secundo si ex doctrina alicuius
doctoris aliqui reuocentur
a meliori bono . utrum ille do-
ctor teneatur illam doctrinam
reuocare etc. **Articulus** — XXIIII
Ad primum sic proceditur videtur
quod ille qui semper propter
inanem gloriam docuit per
penitenciam aureolam recuperet
Aureola enim doctrine debetur
fructui scilicet conversioni fidelium super
illud ad philippenses 4to gau-
dium meum et corona mea
Sed potuit contingere quod ex predicacione
eius qui propter inanem gloriam
predicavit sequutus est fructus

v

Conversionis fidelium ergo si
penitencia debetur ei aureola
Item sicut virginitati debetur
aureola ita et doctrine Sed
si illa que cum virgo sit carne
mente tamen est corrupta peni-
tenciam agit recuperat aureolam
ergo pari racione et doctor qui
propter inanem gloriam predicavit
Sed contra est quod opera mortua per pe-
nitenciam non reviviscunt Sed opera
istius doctoris propter inanem gloriam
predicantis fuerunt mortua in
peccato facta ergo non reviviscunt
per penitenciam ad premium consequendum
Responsio dicendum quod cum aureola importat
quandam excellenciam singularem
premii necesse est quod presupponat
aliud premium scilicet auream sicut
gratia presupponit positum et
hoc significatur exodi 25to ubi
dicitur facias super coronam
auream alteram aureolam
Et ideo qui non meretur auream
idest premium essenciale non meretur
aureolam Illi autem qui propter inanem
gloriam operantur non merentur
premium essenciale quia receperunt
mercedem suam ut dicitur
Matthei vi Nec meretur aureolam
penitencia autem restituit homini
omnia prius habita non autem con-
fert ei ea que non habuit Non
tamen ipse motus penitencie
est meritorius in illis non me-
retur aureolam Ad primum ergo dicendum
quod conversioni fidelium debetur
aureola presupposito merito
essencialis premii in eo qui
predicavit aliquin locum habet
quod dicitur Matthei sexto decimo
Quid prodest homini si universum
mundum lucretur anime vero sue
detrimentum patiatur Ad secundum
dicendum quod aureola virginitatis de-
betur integritati carnis quam amittit
post penitenciam Et ideo debetur
virgini penitenti aureola Sed
aureola doctrine debetur actui
doctoris qui fuisset Et ideo post
penitenciam nunquam debetur aureo-
la doctori nisi actus reiteretur

Ad 2m sic proceditur Articulus xxv.
Videtur quod si per doctrinam
alicuius aliqui retraherentur
a meliori bono quod ille teneatur
suam doctrinam revocare Talis
enim doctor in sua doctrina facit
scandalum activum quia doctor infor-
mat intellectum talis autem informat
affectum et per quemlibet actum scanda-
li activum tenetur quilibet removere
ergo talis doctor tenetur suam
doctrinam revocare Preterea
spiritualia sunt temporalibus potiora
Sed in temporalibus ut augustinus
dicit non dimittitur peccatum nisi
restituatur ablatum ergo multo
magis doctori qui fecit dampnum
in spiritualibus non dimittitur peccatum
nisi restituatur ablatum quod
fit per revocacionem doctrine Sed contra
est quod augustinus dicit veritas non est
dimittenda propter scandalum Responsio
dicendum quod hic distinguendum videtur
Quia si enim doctor doceat falsam
doctrinam tenetur eam modis omnibus
revocare et maxime si ex ea
spirituale dampnum sequatur Si
vero doceat veram doctrinam et
ex ea sequi detrimentum spirituale
in audientibus dicitur vitio ex
defectu ipsius qui docet et hoc
dicitur vitio si doctrinam subtilem
proponet rudibus quod non esset illius
doctrine capaces qui ex hoc detri-
mentum salutis incurreret
Unde exemplum apostoli qui dicit
prima ad corinthios tercio tamquam
parvulis in christo lac potum dedi
vobis non escam Alio modo quia
tempore et ordinate proponet
non proferens maiora Unde Thimotheo
contra illud quod gregorius dicit in pastorali
Sic laudanda sunt bona summa

Ne dissipentur ultima sic nutri-
endi sunt bona ultima ne dum
sufficere creduntur nequaquam pen-
dantur ad summa. Et in hiis casibus
tenetur doctor extinguere doctrina
dampnum spirituale accidit contra
hoc dampnum remedium ponere
iustitiam propter exponendo saltem
doctrinam suam. Alio modo potest contingere
ex defectu aliquo puta si aliquis
docendo aliqua erronea indu-
cerit homines ad aliquam religionem
utpote si diceret quod quicumque intrat
talem religionem statim est
equalis meriti sicut beatus
petrus. et in hoc casu tenetur
cessare a sua doctrina intrare
cum religionem propter errorem non
propter bonum. Unde sic non retrahit
homines a meliori bono talis
doctor. Et hoc est quod gregorius
dicit in pastorali. Sicut incauta
locucio in errorem pertrahit ita
et indiscretum silencium eos quos
erudire poterat in errore dere-
linquit. Et per hec patet responsio
ad obiecta etc. Divisio
Deinde circa religiosos
questita sunt duo primo
utrum religiosi teneantur
pacienter tollerare in-
iurias sibi factas. Secundo
utrum ille qui iurat se non intra-
turum religionem possit licite ad
religionem intrare. Articulus
xxvi Ad primum sic proceditur videtur
quod religiosi non debeant
tollerare suos impugnatores
in impugnacione enim perfectorum virorum
deus impugnatur. Unde dominus saulo
persequenti discipulos christi dixit
actuum nono. Saule saule quid
me persequeris. Sed perfecti non debent
impugnatores dei tollerare
ergo nec impugnatores perfectorum.
Preterea quilibet perfectus debet
obediare hiis qui statum perfectorum
perimere impediunt. Unde apostolus dicit
prima ad corinthios sexto. Ut non
vituperetur ministerium nostrum. Sed
per hoc quod perfecti impugnantur
statui perfectorum derogatur. ergo
perfecti viri non debent tollerare
suos impugnatores. Sed contra est
quod gregorius dicit. Non sumus perfecti
si aliorum importunitates ferre
non possumus. Responsio dicendum quod perfecti
viri dupliciter impugnari possunt. Uno modo
quantum ad ipsas personas utpote
cum inferuntur eis iniurie personales.
Alio modo possunt impugnari quantum ad sta-
tum eorum ut puta cum aliquis verbis
vel factis perfectionis statui derogat.
Et hec duo tangit iacobus secundo.
Nonne divites opprimunt nos
per potenciam quod pertinet ad persona-
les iniurias. Nonne ipsi blas-
phemant bonum nomen quod invocatum
est super nos quod pertinet ad religi-
onem vel statum. In iniuriis enim
personalibus decet perfectionis
viros esse maxime pacientes
ut sint etiam parati plura sufferre
super illud mathei quinto. Si quis
percusserit te in dexteram maxillam
prebe ei et alteram. Statum vero
suum impugnari non debent pati
quantum resistere possunt. hoc enim vergit
in iniuriam dei. Unde contra quosdam
dicitur ezechielis tercio decimo. Non
ascendistis ex adverso nec opposuistis
vos murum pro domo israhel. Et
ideo dominus iniurias que contra hu-
manitatem eius inferebantur
pacienter tolleravit. sicut cum iudei
dicebant. Ecce homo vorax
et potator vini ut habetur mathei
sexto. et sicut diabolus dixit ei
mitte te deorsum quod videbatur
ad propriam iniuriam pertinere. Sed iniurias
dei non tollerabat. Unde phariseos
iure redarguit mathei duodecimo
qui dicebant quod in belzebub
eicit demonia quod pertinebat
ad iniurias spiritus sancti. Et simili-
ter diabolus ei dixit. hec omnia
tibi dabo si cadens adoraveris me

v

Quia adiuncta dei pertinebat statim
eum cum repulit dominus dicens vade
retro sathana ut habetur matthei
iiii° ubi crisostomus dicit illius
discamus exemplo iniurias quidem
nostras magnanimiter sustinere dei
autem iniurias nec usque ad au-
ditum sufferre quia in propriis
iniuriis esse quemlibet patientem
laudabile est iniurias autem
dei dissimulare nimis est impium
Et per hoc patet responsio ad obiecta

xxvii Articulus

Ad xxvii sic proceditur.
Videtur quod ille qui iuravit
se non intraturum religionem
non possit licite intrare. Quia
enim obligatio licita est adimplenda
et licitum erat ei non intrare reli-
gionem ergo cum ad hoc iuramento
se obligavit videtur quod non teneatur
intrare. Sed contra est quod nullum impedi-
mentum spiritualis profectus est ex
deo sed iuramentum est ex deo ergo
per iuramentum non impeditur spiritualis
profectus intrandi religionem. Responsio
dicendum quod obligatio iuramenti sequitur
per se hoc. Quandoque enim est illicita
obligatio et de re illicita puta
cum aliquis iurat se fornicaturum
et tale iuramentum non tenetur homo
adimplere nec etiam est licitum
implere. Quandoque vero est obligatio licita
et de re licita puta cum aliquis
iurat se elemosinam daturum
et hoc iuramentum preterire non
licet. Quandoque vero est obligatio illicita
sed de re licita puta cum aliquis
iurat se non facturum aliquid maius
bonum tunc tamen facere non teneatur
puta non ieiunare vel non dare
aliquam elemosinam vel religi-
onem non intrare. Licet enim illud
ad quod iuramento se obligat
licitum sit tamen obligatio est illicita
cum quia per hoc homo quantum in se est
obfirmat se contra consilium spiritus
sancti qui facit homines in suo corde
ascensiones disponere. Unde hoc
iuramentum licite potest impleri
abstinendo ab illo bono quod
facere non tenetur non tamen excusatur
ex illo iuramento ad hoc quod impleat
quod iuravit quia iuramentum ad
hoc quod sit obligatorium debet habere
tres comites iudicium iustitiam
et veritatem ut habetur iheremie
iiii°. Huic autem iuramento deest
iudicium discretionis quia vergit
in deteriorem exitum retrahendo
a meliori bono. Et sic patet
responsio ad obiecta. Articulus

xxviii

Deinde circa clericos
questio est primo utrum
licet clerico qui
tenetur ad horas ca-
nonicas dicere matu-
tinas sequentis diei de sero.
Et videtur quod non dicit enim ecclesias-
tes blasphemus et imprudens
non servabit tempus. Sed iste di-
cendo matutinas non observabit
tempus. Cum enim dies incipiat a
media nocte videtur quod matu-
tinas sequentis diei dicat in
die precedenti. Ergo videtur hoc
ad blasphemiam et imprudentiam pertinere
Et ita videtur esse peccatum. Sed contra
deus clementior est quolibet
homine. Sed homo non imputat
debitori in culpam si debitum
reddat ante tempus sibi. Ergo
multo minus deus. Responsio dicendum quod
hic considerandum est intentio eius
qui prevenit tempus in matutinis
dicendis vel in quibuscumque horis
canonicis. Si enim hoc facit propter
lasciviam ut scilicet quietius
sompnolentie et voluptati vacet
non est absque peccato. Si vero hoc faciat
propter necessitatem licitam et honestam
occupationum puta si clericus
aut magister debet videre lectiones
suas de nocte vel propter aliquid aliud
huiusmodi licite potest dicere de
sero matutinas. Et in aliis horis
canonicis tempus prevenire. Sicut etiam
hoc in solempnitatibus ecclesie fit

vj

Quia melius est deo utrumque reddere sed et debitas laudes et alia honesta officia quam quod per unum ab alio impediatur. Quo tempore ergo tenetur quis constitutus ad horas et alia huiusmodi. Dies incipit a media nocte. Quantum ad ecclesiasticum beneficium et solempnitatum celebritates dies incipit a vesperis. Unde si aliquis post dictas vesperas et completorium dicat matutinas iam hoc pertinet ad diem sequentem etc.

Sequitur quodlibetum sextum

ar l9 p9 Quesitum est de deo de angelo et homine et de ceteris pure corporalibus. Circa primum quesitum est utrum sicut unitas essencie ponat in numerum cum unitate persone. Et videtur quod non. Sunt enim tres persone divine. Si igitur unitas essencie ponet in numerum cum unitate persone sequeretur quod in deo esset quaternitas quod est hereticum. Non ergo unitas essencie ponit in numerum cum unitate persone. Contra si unitas essencie sit penitus idem cum unitate persone non ponet cum ea in numerum. Sequeretur quod de quolibet predicatur unum predicatur et reliquum. Sed unitas essencie predicatur de tribus personis. Dicimus enim pater et filius et spiritus sanctus sunt unum. Ergo unitas personalis predicabitur de eis ut dicatur pater et filius et spiritus sanctus sunt unus. Quod falsum esse secundum Augustinum qui utrumque istorum est unum. Itaque est eius. Unde eius et unum, contra. Est autem unumquodque eius per suam formam. Unde et unumquodque per suam formam habet unitatem. Et inde est quod comparatio forme ad formam causat comparationem unitatis ad unitatem. Deus autem est deus per suam essenciam. Proprietas autem personalis est quasi forma constituens personam. Hec quidem realiter non distinguitur ab essencia aliquin sequeretur quod in deo esset compositio. Et quod aliquid adveniret ei per modum accidentis. Nam omne quod est extra essenciam rei accidit vel advenit. Differt tamen proprietas personalis ab essencia secundum modum intelligendi et significandi. Nam esse dicitur absolute, proprietas vero personalis importat relationem. Unde patet quod unitas persone non ponit in numerum cum unitate essencie quasi realiter ab ea differens sed solum secundum modum intelligendi. Et per hoc respondebitur ad obiecta. Nam primum procedebat secundum rationem rei que quia non ponunt in numerum unitatem essencie et persone. Ergo non ponitur quaternitas in deo. Secundum vero procedebat secundum rationem que ex modo intelligendi et significandi provenit. Et qui provenit quod dicatur quod pater filius et spiritus sanctus dicuntur unum et non unus.

Divisio

Deinde circa angelos querebantur duo. Primo de actione eorum. Utrum scilicet quicquid agit agat per imperium voluntatis. Secundo de loco ipsorum. Utrum scilicet possit esse in convexo celi empirei. Quod etiam querebatur circa corpora gloriosa.

articulus 29

Ad primum sic proceditur. Videtur quod non quicquid agit angelus agat per imperium voluntatis. Voluntas enim equaliter se habet ad propinqua et remota. Si ergo angelus agit per solum imperium voluntatis, sequeretur quod non deberet ad hoc quod angelus aliquid ageret quod esset propinquum vel remotum illud in quo agit. Et sic minus oporteret quod de celo ad terras descenderet ad aliquid hic agendum. Quod est contra traditionem sacre scripture. Preterea quantum ad voluntatem non differret unitas et multitudo. Sicut enim aliquis potest velle movere unam rem ita potest et velle movere plures res

Vel etiam totum universum. Si ergo
angelus ageret solum per imperium
voluntatis sequeretur quod posset mo-
vere totum universum quod est impossibile
cum ipse sit pars universi. Non ergo
angelus agit solo imperio
voluntatis. Sed contra quia omnis actio
est ab aliqua virtute. Sed in angelo
non est alia virtus quam intellectus
et voluntas. Intellectus autem non
agit nisi per voluntatem ergo omnis
actio angeli est per imperium vo-
luntatis. Responsio dicendum quod omnis actio
agentis rei est per formam nature
illius rei. Item et si sunt aliqua
sunt actiones preter actionem alicuius
rei oportet quod cunque alie actiones
reducantur sicut in primum principium
in formam secundum illius rei agentis.
Sicut actio caloris ignis reducitur
sicut in primum principium in formam
substantialem ignis que est etiam princi-
pium omnium actionum operationum ignis.
Et ideo oportet aliter se habere
in actionibus alicuius rei consequentibus
naturam suam. Et in actionibus
rei cuius natura composita est
cum actio ignis est secundum se proprietate
nature ignis. In castello autem
ignito est quedam actio non per-
tinens ad proprietatem ignis secundum
se ipsum. Et hoc considerandum est in rebus
specialibus. Anima enim humana non
est tota intellectus sed participat intelle-
ctualitatem. Unde est in ea alia
virtus et actio que non pertinet ad
intelligibilem naturam sicut sepe
patet in viribus que pertinent ad animam
vegitabilem. Sed angelus est
totaliter intelligibilis nature.
Et ideo oportet quod omnis eius actio
sit secundum intellectum. Unde beatus Dionysius
dicit in 3o capitulo de divinis
nominibus quod angeli habent substantias et
virtutes et operationes intelligibi-
les. Intellectus autem non agit nisi
mediante voluntate. Anima motus
voluntatis est relatio (?) sequens
formam intellectam. Unde oportet

Et quidquid angelus agit aget
per imperium voluntatis. Sed tamen
considerandum est quod cum virtus sit
media inter operationem et essentiam
oportet quod virtus et operatio
angelis et rei proportionetur. Pro hac
in superioribus angelis cuius
essentia nobilior est et virtus
efficacior sicut ad perfecte intelli-
gendum ita etiam ad agendum
in res exteriores. Et secundum hoc
actio angeli limitatur ad aliquem
effectum quia nec virtutem nec
essentiam habet infinitam. Ad primum
ergo dicendum quod actio voluntatis an-
gelice radicatur in essentia
a qua procedit eius virtus et
operatio. Oportet autem movens
esse cum mobili quod ab eo movetur
ut habetur in 7 physicorum et ideo
oportet substantiam angeli aliqualiter
coniungi rebus quas movet.
Ad secundum dicendum quod actio voluntatis
limitatur secundum modum essentie
non oportet quod angelus possit
agere omnia que potest velle. Articulus 3.

Ad tertium sic proceditur. Videtur
quod angelus non possit esse
in convexo celi empirei.
Dicit enim Anshelmus (?) quod in nichilo
nichil potest esse sed extra celum empi-
reum nichil est. Ergo non potest esse
in convexo celi empirei. Sed cum esse
extra empireum. Item videtur quod
nec corpus gloriosum ibi possit esse.
Cum enim corpus naturale est in loco
esse. Sed extra celum empireum non
est aliquis locus. Ergo non potest esse
corpus gloriosum extra celum
empireum. Sed contra si non potest ibi
esse aut angelus aut corpus
gloriosum, a fortiori quia non potest
ibi ascendere aut non potest penetrare
profunditatem celi empirei
vel quia indiget loco continenti
aut quia indiget conservanti. Sed alter
omnia remota sunt a perfectione
corporis gloriosi. Multo ergo magis
a conditione angelorum. Ergo
corpus gloriosum et angelus pari-

in concavo celi empirei. Responsio dicendum quod ad evidenciam huius questionis notandum est quod apud antiquos due fuerunt opiniones maxime probabiles quarum una fuit quod locus sit quoddam spacium solum dimensiones habens preter corpus. Secundum hanc opinionem verum esset corpus deberet locus. Et hoc ideo quia corpus est dimensiones suas quas necesse est aliquas dimensiones occupare. Sed hec opinio de loco est a philosopho in 4 physicorum reprobata. Alia opinio est eius quod locus sit superficies corporis continentis non quidem equaliter est similiter corporis quod simul est continet. Alioquin sequeretur quod corpus quiescens non semper esset in eodem loco. Si homo staret in flumino per cursum continuo renovaretur diverse superficies aque circa ipsum sed superficies corporis simul continentis licet quod sit in loco ex ordine ad primum continentis. Ut accipitur idem locus simul eundem sicut ad primum continentem. Propter hoc locus est immobilis. Supposita igitur hac opinione quod vera est necessitas existendi naturalis in loco convenit corpori ex hoc quod dependet a primo continente nec etiam corpus gloriosum quod perficitur per animam ex divina fruitione beatificatur. Et ideo nulla est necessitas quod corpus gloriosum aut angelus ab aliquo locali corpore audiatur. Et propter hoc nichil prohibet corpus gloriosum vel etiam angelum in concavo celi empirei esse. Ad primum ergo dicendum quod verum illud Anselmi intelligendum est extra affectum locorum cum possibile est quod aliquis sit in nullo loco in continente sed iste intellectus non facit ad propositum. Ad secundum dicendum quod racio illa procedit de corpore dependente a primo continente.

~ Divisio ~

Deinde quesitum est de hiis que pertinet ad homines. Et primo de spiritualibus. Secundo de corporalibus. Circa spiritualia primo de sacramentis 2o de virtutibus 3o de peccatis. Circa sacramenta quesita sunt duo de baptismo et matrimonio. Primo de necessitate baptismi utrum scilicet puer qui nascitur in deserto ubi non potest aqua haberi moriens sine batismo salvari possit in fide parentum fidelium. Secundo de impedimento matrimonii quod provenit ex baptismo utrum scilicet si Christianus qui baptisat iudeam cum primo dederit fidem de contrahendo si baptizetur cognoscens eam postea carnaliter consumet matrimonium. **Articulus 13** xiii

Ad primum sic proceditur. Videtur quod puer ille in deserto natus potest absque baptismo salvari in fide parentum. Non enim fides est minoris efficacie tempore gratie quam tempore nature. Sed tempore legis nature salvabantur pueri in fide parentum ut Gregorius dicit. Ergo et etiam tempore gratie. Preterea per Christum non est arcta facta via salutis. Cum ipse dicat Iohannis decimo Ego veni ut vitam habeant et habundancius habeant. Sed ante Christi adventum salvabantur aliqui pueri in fide parentum ergo multo magis nunc post Christi adventum. Sed contra est quod dominus dicit Iohannis 3o nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest intrare in regnum celorum. Responsio dicendum quod ab illa dampnatione quam homines incurrit per peccatum primi parentis nullus potest liberari nisi per Christum qui solus absque illa dampnatione conceptus est. Venitur ita scilicet ut ei incorporetur sicut capiti membrum. Sicut autem fieri potest quod per susceptionem baptismi

Sicut illud ad galatas 3o Omnes
qui in christo baptisati estis
christum induistis. Secundo per sanguinis
effusionem propter christum quia per hoc etiam
aliquis passioni christi conformatur
a qua efficacia sortitur baptismus
Unde dicitur de martiribus
apocalipsis 7o laverunt
stolas suas in sanguine agni
Tertio per fidem et dilectionem
Sicut illud proverbiorum 15 per mise-
ricordiam et fidem purgantur
peccata Et actuum 15 dicitur
fide purificans corda eorum
Et per fidem christus habitat in
cordibus vestris ut habetur ad
ephesios 3o Unde et ipse bap-
tismus dicitur fidei sacramentum
Et secundum hoc dicitur triplex baptismus
scilicet aque flaminis et sanguinis
quia alia duo supplent
vicem baptismi aque Si tamen
desit propositum suscipiendi talem
baptismum ita scilicet quod actus necessitatis
non autem contemptus religionis
sacramentum excludat Manifestum
est autem quod in parvulis non dum
[illegible] usum rationis non potest esse
motus fidei et dilectionis aut
propositum suscipiendi baptismum
Et ideo non possunt salvari
nisi per baptismum aque vel
baptismum sanguinis si
propter christum occidantur Ex quo
non solum christiani sed etiam
martires sunt ut dicit gregorius
de innocentibus Et sic patet
quod ille puer natus in deserto
moriens sine baptismo sa-
lutem non consequitur Sed contra
ergo sicut quod sicut quondam tempore
legis nature non sufficiebat
ad salutem parvulorum solus motus
fidei in parentibus sed requirebatur
aliqua exterior protestatio
fidei per aliquod sensibile signum
Et secundum hoc non differebat
illud quod tunc requirebatur ad
eo quod nunc requiritur ad salutem
nisi quod illud signum sensibile
est determinatum tunc autem erat
indeterminatum et pro voto adhibebatur
Filiorum autem fidelium est solus
interior motus fidei relatus
ad salutem pueri sufficiebat
ad salutem pueri Nec tamen
diminuta est fidei virtus Sed
augmentatus gradus salutis
Prima ut qui salvatur per christum
statim introducatur in regnum
celorum quod tunc non erat Unde
non est inconveniens si nunc ad hoc aliquid
amplius requiratur scilicet baptismus
ut dicitur Johannis 3o Sed etiam
sicut quod per christum in corpore est
amplificata [illegible] via salutis
quod per eum est nobis aperta ianua
vite eterne que ante clau-
sa erat per peccatum primi parentis

Ad 2m sic articulus 7 v
Arguitur videtur quod non
possit esse matrimonium
inter christianum et iudeam bap-
tisatam ab eo qua carnaliter
cognovit post fidem de contra-
hendo datam Dicitur in
decretis 30 questione 1a prima
Si filius sacerdotis non potest ducere
in uxorem puellam quam ipse
baptisavit ergo multo minus
si eam ille baptisasset non posset
eam ducere in uxorem Si ergo
iste christianus baptisavit iudeam
non potest eam in uxorem accipere
Sed contra est quia sicut infra quod post
fidem datam de contrahendo
per verba de futuro sequitur copula
carnalis est matrimonium presum-
ptum presumptione iuris contra quam
non admittitur probatio Sed ita
est in proposito ergo est verum matrimonium
Preterea sicut spiritualis cognatio
impedit matrimonium contrahendum
et dirimit iam contractum

VI

Manifestum est autem quod quia xpianus
baptisavit iudeam contrahitur
inter eos spiritualis cognatio quia
illa filia eius spiritualis Unde
nullum est matrimonium sequens
Etiam si expresse contrahat
per verba de presenti Et etiam
si sequatur carnalis copula
Et per hoc patet responsio ad obiecta
Item quod dicitur est de presumptione
intelligendum cum non
intervenit aliquod impedimentum
matrimonii Divisio

Deinde quesitum est de
virtutibus primo quantum
ad fidem Utrum scilicet certitudo adhesionis que
est in heretico vel malo catholico sit actus ipsius fidei
virtutis Secundo de quibusdam
pertinentibus ad religionem
sive ad latriam Tertio de quibusdam
pertinentibus ad caritatem etc.

VI Ad primum articulus primus
sic proceditur videtur quod certitudo adhesionis in heretico
vel malo catholico sit
actus fidei virtutis Quia sicut
philosophus 2o ethicorum Tria sunt
in anima potencia passio et
habitus Sed illa certitudo adhesionis non potest attribui potencie quia
est meritoria vel demeritoria
potentiis autem non meremur neque
demeremur Similiter non potest pertinere
ad passiones quia passiones pertinent
ad appetitum sensitivum quod non potest
extendi ad hoc quod inhereamus
veritati divine ergo relinquitur
quod pertineat ad aliquem habitum
Sed habitus ad quem pertinet certitudo adhesionis est virtus fidei
ergo certitudo adhesionis
in heretico vel malo catholico
est actus ipsius fidei Preterea ille
qui agit ad similitudinem alicuius
videtur agere virtute illius Sed
hereticus per certitudinem adhesionis
qua credit agit sicut fidelis
fidei quia ipse certitudinaliter
inheret ei quod estimat se veritatem
fidei ergo operatur in virtute
fidei et ita videtur quod illa certitudo
ad(hesionis) sit actus
virtutis fidei Preterea tota firmitas
spiritualis edificii est a fide secundum
illud mathei 7 Descendit pluvia et venerunt
flumina et flaverunt venti
et non potuerunt movere eam
fundata enim erat super firmam
petram scilicet per fidem Sed certitudo
adhesionis ad firmitatem spiritualem
pertinet ergo actus est virtutis
fidei Sed contra quod non est non potest
agere sed in heretico vel malo catholico non est virtus fidei ergo certitudo
adhesionis non potest esse actus virtutis
fidei Responsio dicendum quod si quis illud
quod est verum male accipiat ut firmum
verum non est et decipiatur Certitudo
autem adhesionis non est propria
virtutis fidei Primo quia convenit virtutibus intellectualibus
puta sapiencie scientie et intellectui
Secundo quia convenit non solum fidei
vere sed etiam fidei false Nam
cum est opinio vera et falsa ita et
fides Nec minus firmiter inheret
aliquis veritati quam falsitati ut
philosophus dicit in 7 ethicorum Tertio
quia certitudo adhesionis non semper
provenit ex aliquo habitu Sed
ex proprio arbitrio aliquis potest assensum suum firmare ad aliquid unum
non sequens aliquem habitum
Quarto quia certitudo adhesionis
non solum competit fidei firmitate
que est virtus sed etiam fidei informi
que non est virtus Sic igitur ergo
quod in heretico certitudo adhesionis
est actus falsus fidei In malo
autem catholico est actus fidei
informis et non est virtutis
fidei Ad primum ergo dicendum quod
distinctio illa datur de hiis que
sunt in anima per modum principii
actuum Nam omnis operatio anime
aut est ex aliqua passione aut
ex aliquo habitu aut ex pura potencia

Repugnancie aut certitudo in heretico
non potest esse ex passione in malo
aut catholico est ex habitu fi-
dei informis. Quia in heretico est
vel ex habitu perverse fidei vel
ex pura potentia. Sicut in principio
ante quam habitum acquisivit. Se-
cundum potest dici quod perversa fides sit
habitus infusus. Sed aut dicitur quod potentiis
non meremur neque demeremur.
Si sic intelligatur quod non meremur
neque demeremur hoc ipso in-
completum habitum potentiis verum est.
Si autem sic intelligatur quod potentia
non possit potentia esse principium
merendi neque demerendi
verum est quantum ad meritum quod non potest
esse sine gratia. Non est autem verum
quantum ad demeritum. Alioquin
ille qui a principio peccat antequam
acquirat habitum viciosum non
demereretur. Sed tamen constat quod aliquis
potest agere secundum similitudinem alicuius
aut virtuosi secundum similitudinem veri
et vere agit aliquis in virtute
illius. Alios secundum similitudinem
apparentem et agit in apparentia
virtutis illius. Et ita est in proposito
verum in heretico certitudo adhe-
sionis et actus fidei apparentis.
Secundum tamen constat quod sicut ex fide vera
procedit firmitas edificii spiritualis
ita ex fide ficta procedit firmi-
tas diabolici edificii. Dubio

Deinde quantum ad actus
latrie sive religionis
questita sunt hec. Primo
de celebratione festorum.
Utrum scilicet liceat cele-
brare festum conceptionis domine
nostre. Secundo de solutione officiorum
utrum scilicet clericus habens
beneficium cum cura vel sine cura
existens in scolis teneatur dicere
officium mortuorum. Tertio utrum
episcopus peccet dans beneficium
bono meliori pretermisso. Quarto
de solutione decimarum utrum scilicet
aliquis pauper teneatur decimas
dare diviti sacerdoti. articulus 1. vii

Ad primum sic proceditur. Videtur
quod liceat celebrare conceptionem
domine nostre. Si enim non licet
hoc non est nisi quia fuit concepta
in originali peccato. Sed non fuit con-
cepta in originali peccato ut
videtur. Quia beata virgo facta
fuit spirituali modo habitaculum
dei. Ergo debuit ad hoc specialiter
preparari. Non autem preparata est specialiter
secundum corpus quod conceptum est
ex seminum commixtione. Nec
etiam quantum ad animam quia etiam
alii leguntur sanctificati in utero.
Et ita relinquitur quod fuerit
specialiter preparata per immunitatem
ab originali peccato. Et sic licet
eius conceptionem celebrare. Contra
quod hoc privilegium solius Christi
dicatur esse quod sine peccato
originali est conceptus. Non
ergo conceptio beate virginis
est. Et ita eius conceptio non
est celebranda. Responsio. Dicendum quod
hic tanguntur due questiones.
Una principalis et alia accessoria.
Scilicet utrum fuit concepta in ori-
ginali peccato. Quam oportet prius
determinari. Est igitur con-
siderandum quod unusquisque peccatum
originale contrahit ex hoc
quod fuit in adam secundum seminales
rationes. Ut augustinus dicit super
genesim ad litteram. Omnes autem
alii in adam fuerunt secundum se-
minales rationes. Quia non solum ab
eo carnem acceperunt sed etiam
secundum naturalem modum originis
ab eo sunt propagati. Et sic pre-
cessit ab adam beata virgo.
Quia nata fuit per commixtionem
seminum sicut et ceteri. Et ideo
concepta fuit in originali peccato.
Et includitur in universitate illorum
de quibus apostolus dicit ad ro-
manos v. in quo omnes pecca-
verunt. A qua universitate solus
Christus excipitur qui in adam non
fuit secundum seminales rationes

vi

Aliaque quia si hoc alteri conveniret
quam Christo non indigeret Christi redemp-
tione. Et ideo non tamen dicunt
dare aliqui quod subtraheretur aliquid
honoris filio qui est salvator omnium
hominum ut dicit apostolus prima ad
Thimotheum secundo. Secundarius autem
dicta virgo in originali concepta
fuerit creditur tamen in utero fu-
isse sanctificata antequam nata. Et
ideo circa celebrationis eius
conceptionem diversa consuetudo
ecclesiarum inolevit. Nam ro-
mana ecclesia et plures alie
considerantes conceptionem virginis
in originali peccato fuisse
festum conceptionis non celebrat.
Aliqui vero considerantes sanctifi-
cationem in utero cuius tempus
ignoratur celebrant conceptionem.
Creditur enim quod cito post concep-
tionem et anime infusionem
fuit sanctificata. Unde illa celebri-
tas non est referenda ad con-
ceptionem ratione conceptionis
sed potius ratione sanctificationis.
Sic igitur non est ideo celebranda
conceptio predicta quia fuit sine
originali peccato concepta. Non
enim per hoc tollitur quin fuerit specia-
lius ceteris sanctificata eo quod in ipsa
sanctificatione copiosius ceteris
hominibus gratie accepit. Non solum
ut purgaretur a peccato originali
sed ut tota eius vita redderetur
immunis ab omni peccato tam origi-
nali quam veniali ut dicit Anselmus.

Vacat ista questio quia
iam determinavit ecclesia
quod beata gloriosa absque
originali est concepta

viii Ad viii sic proceditur. articulus 8
Videtur quod clericus benefi-
ciatus in scolis existens
dicere officium mortuorum teneatur.
Ille enim qui recepit bona temporalia
alicuius tenetur ei in spirituali
recompensationem facere. Sed ille clericus
accepit que fuerunt defunctorum
ergo tenetur pro eis dicere officium
mortuorum. Sed contra est quod ille qui
minus recepit minus tenetur.

Sed clericus qui in scolis moratur
minus recepit quam alii qui in
ecclesia residentiam faciunt quia perci-
piunt quotidianas distributiones.
Ergo non tenetur ad officium mor-
tuorum sicut illi. Responsio dicendum quod
clericus ex hoc ipso quod est clericus
et precipue in sacris ordinibus
constitutus tenetur dicere horas
canonicas. Videntur enim tales
specialiter esse assumpti ad laudem
divinam secundum illud Ysaie xliii
omnem qui invocat nomen meum
in laudem meam creavi illos.
Sed utrum clericus beneficiatus
in ecclesia tenetur dicere officium
secundum modum illius ecclesie est
ergo considerandum quod officium mor-
tuorum aut in ecclesia dicitur sicut
ordinarie pertinens ad ecclesie
officium sicut in tota ecclesia in
die animarum dicitur officium pro mor-
tuis. Et in qualibet ecclesia
est aliqua super hoc specialis con-
suetudo puta ut dicatur
ordinarie officium mortuorum
semel in septimana vel quolibet
aliter secundum certum tempus et ad tale
officium tenetur clericus bene-
ficiatus in aliqua ecclesia etiam
in scolis existens et per hoc ut
sic satisfacit mortuis quorum
recepit bona. Aliquando vero dicitur
officium mortuorum in ecclesia ex
ordinatione propter aliquam causam
specialiter emergentem puta ad
preces alicuius persone vel propter
aliquid huiusmodi et ad tale
officium mortuorum non tenetur
clericus existens in scolis et
per hoc patet responsio ad obiecta.

Ad ix sic proceditur. articulus 9 ix
Videtur quod episcopus peccat
dans beneficium bono
si pretermittat meliorem. Quia
qui facit contra conscientiam edifi-
cat ad gehennam. Sed ille episcopus
pretermittens meliorem videtur
facere contra conscientiam ergo peccat.

Aportalit edificans ad iehcna
Ad con e q sm inira suffiat
dae bono si sit ydoneue ad
sermiendu in eccl'ia Rnsio
dm q aliquis pt dici melior
dr vnos simr qui sz qui e
scientor plus quib de caritate
Alios dicit aliquis esse me
lior quo ad aliquid contingit
aut quqz aliqui esse melio
simr qui tn no e melior
qstu ad hoc q beficiu pcipit
Aima alius forte pt ecclesiaz
magis iuuare vel p consiliu
sapiencie vel p auxiliu
potencie vel q seruiuit in
ecclesia Non ergo quis semp
tenet dae meliori simr sed
tenet dare meliori quo ad
hoc Non em pt esse q vnu
pferat alteri nisi pt aliq
causa que siquit ptineat
ad honore dei et vtilitate
ecclesie Jam qstu ad hoc iste e
melior Si aut illa causa ad
hoc no ptineat erit accepco
psonarz que tanto e g'uior
qsto in rebus diuinis com
mittit Vn sup illud iacobi
2o Tu sede hic bene et dt
glosa aug i si hac distancia
sedendi vel standi ad honores
ecclesiasticas referamq no
e putandu leue esse peccatu
in psonaz accepcione ihre
fidem dampni glorie Quis
em facit eligi diuite ad sede
honoris ecclesiastice contempto
paupe sanctiore et instructiore
et p hoc pz rnsio ad obiecta

x Ad xiu sic pcedit ar' ly decia
Videt q paup no teneat
solue decimas diuiti
sacerdoti Jdeo em istitutu e
ut decime soluant ad sustenta
cione ministroru ecclesie Si
sacerdos diues habet aliud
vnde sustentet ergo no sunt ei

decime soluende et pcipue
a paup Jtem in multis terris
decime no soluunt q tn plati
corrigerent si homines ex neccte
iuris diuini decimas solue
tenerent Non ergo videt p
sencium q paupes teneant sol
ue decimas diuitibus sacerdoti
bus Jn con e q dns dicit
mathei 23o hec opportuit facere
oportuit facere sz iudiciu et
veritate Et illa no obmitte
sz ea que ptinet ad decimaz
solucionem Jtem luce 18o
de diuite dr decias do
omn que possideo Rnsio dm
q sicut plius docet 1 2o ethi 4
mediu iusticie accipit no
solu quo ad nos sicut ceteris
virtutibus Si enim sm rem
qa sz in aliis virtutibus attendit
diuse condiciones psonaru
sm quas mediu diuersificat
sicut circa cibos qz e multu
vni e paucu alteri vel mode
ratu Sed i iusticia no valet
mediu sm diusas psone
condiciones Si attendit solu
ad qntitate rei qui em emit
rem aliqua dz tm soluere
qstu valet siue a paupere
siue a diuite emat Redde
aut debitu iusticie e actus
Jdeo ad hoc q alicui reddat
quod ei debet no refert
vtru sit diues vel pauper
decime aut sacerdotibus debent
Communi quidem sm ius natale
Nalis em racio dictat ut illi
qui p populo in spualibus labo
rant a pplo stipendia sue suste
tacionis accipiant et sm hoc
etia in nouo testamento est
iure diuino sancitu Nam
ut dicit pa ad corinthios nono
Dns ordinauit hiis qui eua
gelium annunciant ut de eua
viuant Si in lege veteri iudiciali
pcepto taxata e qntitas eius
q ministris dei e a pplo soluendu

Scilicet decima / et sic etiam
ecclesia statuit in pto expiquo
solvendi. Unde cum sacerdotibus
decime debeantur. tum ex iure
naturali. tum de iure divino. tum
etiam ex statuto ecclesie. quamvis
sacerdos sit dives nichilominus
pauper tenetur ei solvere decimas
Ad primum ergo oportet videre
ex quo dicatur. quod decimarum
solucio instituta est non solum ad
sustentacionem ministrorum ecclesie
sed ad sustentacionem pauperum. etiam
quibus debet de domo dei
provideri. Unde dicitur malachie
tertio. Inferte omnem decimationem
ut cibus sit in domo mea.
Et sic sacerdoti qui non solum
sibi sed pauperibus providere
debet. quantumcumque dives sit sunt
decime dande. Aliud potest
dici. quod necessitas sustentandis
ministrorum fuit racio ecclesie
instituta de decimarum solucione
Et ex quo efficitur alicui debi-
tum pro statu ecclesie nichilominus
ei debetur. quamvis sit dives. Ad
secundum dicendum quod sicut paulus lauda-
batur qui non exigebat stipendia
que sibi propter predicacionem ewangelii
debebantur. ne aliquod impedimentum
fieret ewangelio aut scandalum
fidelibus xpi. non tamen illi pec-
cabant non ministrantes sumptus
quos apostolus sibi debitus re-
mittebat. Ita etiam prelati eccle-
sie laudabiliter faciunt non
exigendo decimas in terris
illis in quibus propter dissuetu-
dinem timent scandalum generari
Et peccaret ille qui non solveret
decimas in terris in quibus non
est consuetudo. peccaret autem. si
obstinate dare recusaret
Et ideo ut sicut predictum est abiciuntur
sacerdotes in terris illis non
exigunt decimas etc.

Divisio

De inde quesitum est
de actibus caritatis
et primo de obediencia
utrum sit magis merito-
rium obedire prelato
quam facere aliquid ad decorum fratris
quod de elemosina. articulus xi
Ad primum sic proceditur videtur
quod magis meritorium sit obe-
dire prelato. quam facere aliquid
ad decorum fratris. Quando enim merito
maius demeritum opponitur
sed magis demeretur ille qui
est inobediens prelato quamquam
ille qui non assentit decori fratris
Ergo et magis meretur aliquis
obediendo prelato. quam assentiens
decoro fratris. Contra est. ubi enim
caritas. ibi videtur esse maius
meritum. quia ~~secundum~~ quamlibet
deus dat graciam ut dicitur iacobi
Sed contra est maioris caritatis vi-
detur quod aliquis sibi equali
se subiciat faciens aliquid
ad decorum eius. quam quod aliquis
subiciat se superiori obediens
prelato. Ergo magis videtur
esse meritorium quod aliquis faciat
ad decorum fratris. quam quod obe-
diat prelato. Responsio dicendum
quod aliquis actus potest dici
magis meritorius dupliciter
uno ex genere operis et sic ille
actus est magis meritorius
qui est excellentioris virtutis
ut manifestum est aut quod latria
per quam aliquis servit deo est
excellentior virtus. quam bene-
ficencia qua quis satisfacit
proximo. Sic etiam diligere deum
est magis meritorium. quam
diligere proximum. Et autem aliquid
faciat ad decorum fratris pertinet ad
amiciciam vel beneficienciam
qua quis diligit proximum.
Quod autem obediatur prelato istud
dei est minister pertinet ad reli-
gionem qua quis colit et
diligit deum et ideo magis
est meritorium quam quod aliquis faciat aliquid

Obediens plato vel servans
votu quia si aliquis faciat ad dctum
freis (?) ipso non pt dici aliquis
actus meritorius ex eo q
pcedit ex maiori karitate
licet sit min ex suo quo ad
se nichil phibet magis merere
illud qui facit aliquis ad dctum
freis ex pncipio ergo ocedimus
ecclam dcam quod ille qui facit
aliquid ad dctum freis facit spa
sponte vel minoris humilitatis
pu licet esse ... quod aliquis
obediat plato tanquam superiori

Divisio v.

Deinde questitum est de
elemosina clericorum
2o de elemosinis
que fiunt p mortuis

Quantum ad pmum sic pcedit videtur
quod clerici peccant mortaliter
si ea que eis superfluunt
in elemosinas non largiuntur
... illud luce iii° Qui
habet duas tunicas dat una non
habenti dicit glosa de duabus
tunicis dimidatis datur preceptum
quia si una dimidatur neque vestitur
in dimidia tunica et nudus
remanet et qui accepit et qui
dedit ... largicio unius tunice
intelligitur largicio eorum que
superfluunt ad necessitatem vite ut patet
p ea que in eadem glosa sub-
mittuntur ergo dare superflua
est in precepto sed qui facit preditur
preceptum peccat mortaliter ergo ille
qui non dat superflua pauperibus
peccat mortaliter preterea preceptum
plus obligat quam consilium sed
dare omnia que quis possidet
est consilium si ad hoc tamen quis ...
obligatur in casu extreme necessitatis
ergo etiam ex casu extreme
necessitatis tenetur aliquis superflua
dare pauperibus cum hoc sit in precepto
et ita cum non largitur peccat
mortaliter preterea quicumque consumit
quod est alterius tenetur ad restitutionem
sed bona clericorum sunt pauperum
ut p glosam ieronimi super illud

Ysaie ... rapina pauperum in
domo vestra quod si clerici utiliter
bona ecclesiastica consumunt tenetur
restitutione pauperibus aliunde si habu-
erint preterea quicumque facit sicut potes-
tatem ad illud quod tenetur facere
peccat mortaliter sed clerici facere
de superfluis expensas si facultatem
potestatem ad subveniendum pauperibus
ad quod tenetur ... videtur quod peccet
mortaliter sed contra videtur esse
consuetudo que apud multos pre-
valuit preterea omne quod alit videtur
quod clerici ... bona ... patri-
monialia et ... bona ecclesi-
astica ... bonorum patrimonialium
vel licite acquisitorum ... est
dominus unde ... pertinet ad eadem
ipsius rei ... uti ut vult
ex quo ... non accidit peccatum
nisi accidat ex ordinato usu
vel ... superabundantia
dicitur sed ... bona ...
... aliqui ... oportet utraque
non corrumpitur unus ut dicitur
in ... bonorum vero
ecclesiasticorum clerici non sunt
vere domini sed dispensatores
secundum illud ... ad corinthios nono
dispensatio autem michi tradita
est pertinet autem ad dispensatorem
ut fideliter distribuat ea que
eius dispensatoni committuntur
secundum illud ... ad corinthios ...
hic iam queritur inter dispensatores
ut fidelis quis inveniatur ... infideli
autem pt ... dupliciter contingere
primo ex conditione ipsius rei
... usurpat sibi quasi rem
... eiusmodi suos convertit
illud quod esset aliis erogandum
alio modo ex ordinato usu earum
que in ptem sua cadunt sicut
etiam de aliis dictum est unde
quia horum dispensatio fidei dis-
pensatoris committitur ut dictum
est si quis bona fide dispensat
ecclesiastica bona ... accipiens
quod sibi convenit secundum conditionem
status et persone et aliis largitur
secundum quod sibi videtur

bona fide expendit non peccat
mortaliter. Si forte etiam
aliquis aliquid plus in suos
usus convertat quam oporteat
illa enim in singulis eorum
iudicio non possunt per omnimodam
certitudinem diffiniri. Unde
si non sit multus excessus
potest imputari bone fidei dispen-
satoris. Si multus vero excessus
fiat non potest latere. et ita non
potest cum bona fide dispensatoris
hoc agi. Si autem non servet bonam
fidem in dispensando peccat
mortaliter. Quid primum ergo dicendum
quod sicut augustinus dicit in libro de
sermone domini in monte illa
precepta que dominus tradidit ma-
thei v° Si quis te percusserit
in una maxilla prebe ei et alia.
Et alia que ibi sequuntur sunt
intelligenda secundum preparacionem animi
ut scilicet homo sit paratus hoc
facere quando necessitas hoc requirit
unde non semper est peccatum mortale
quando homo hoc non facit sed quando
videt necessitatem imminere si non fa-
ciat tunc peccat mortaliter
Et eadem est racio de hoc pre-
cepto qui habet duas tunicas
det una non habenti. Et de om-
nibus. Unde non potest peccat mor-
taliter quocienscumque non dat
pauperi qui superfluum habet
nisi quando necessitas imminet. Quando
autem sit talis necessitas quod obliget
ad peccatum mortale non potest certa
determinari. Sed committitur pruden-
tie et fidei dispensatoris
unde si bona fide dederit quod
sibi videtur expedire immunis
est a peccato. Alioquin peccat mortaliter.
Ad secundum dicendum quod illa eadem que sunt
consilia cadunt sub precepto secundum
animi preparacionem. Nullum enim consilium
est perfectius quam quod homo tradat
animam suam pro fratribus suis. Et
tamen hoc cadit sub precepto

secundum animi preparacionem secundum illud
prima iohannis iii° et nos
debemus pro fratribus animas ponere.
Et similiter dimittere sua pauperibus dare
cadit sub precepto secundum animi
preparacionem. ut scilicet homo sit paratus
hoc facere si necessitas immineat.
Quando autem necessitas requiritur
ad superflua erroganda quam
ad omnia exhibenda. tamen hoc
certa racione non determinari
non potest. sed committitur pruden-
tie dispensatoris ut dictum
est. Ad tertium dicendum quod bona ecclesie ca-
non sunt solum dispensanda
pauperibus sed etiam ecclesie
ministris. Unde secundum canones
debet dividi hoc modo ut aliquid
pars cedat in usus pauperum
Et alia in usus ministrorum et cul-
tum ecclesie. Illud ergo dictum est
de illis ecclesiasticis bonis
que principaliter sunt attribuenda
necessitatibus pauperum et ex
consequenti necessitatibus ministrorum sicut
sunt hospitalium et aliorum huiusmodi.
Et aliter de istis bonis que sunt
principaliter attribuenda usibus ministrorum
ecclesie. sicut sunt prebende cle-
ricorum et alia huiusmodi. Nam
in primis bonis peccatum committitur
non solum ex abusu sed etiam
ex ipsa rei condicione. dum aliquis
in suos usus assumit quod est alterius
Et ideo tenetur ad restitucionem
tamquam defraudator rei aliene
In secundis vero bonis non committitur
peccatum nisi per abusum sicut et
de bonis patrimonialibus
dictum est. Unde non tenetur quis
ad restitucionem sed solum ad pe-
nitenciam peragendam. Ad quartum
dicendum quod neque immoderatus usus
divitiarum neque bona fides dispen-
satoris salvari videtur in eo
qui facit superfluas expensas
facit in voluptuosis conviviis
et aliis huiusmodi superfluitatibus

Et sic non est dubium quin in talibus
peccat mortaliter. Unde dicitur Mathei
24to. Si dixerit malus servus
ille in corde suo moram faciat
dominus meus venire et ceperit
percutere conservos suos. Quod
pertinet ad superbiam et crudelitatem
dominii. Manducet autem et bibat
cum ebriosis quod pertinet
ad superflua et voluptuosa convivia.
Veniet dominus servi
illius in die qua non sperat
et hora qua ignorat et dividet
eum a societate sanctorum
pariter quia suis ponet cum ypocritis
scilicet in inferno. Unde ibi
subditur: ibi erit fletus et
stridor dencium. Si autem aliquis
in talibus non multum excedat
sed bona fide fieri dicit
aliquis qui vult secundum decenciam
sui status more tempore quibus
convenit etc.

Omissio.

Deinde quesitum est
de elemosinis que
fiunt pro mortuis et circa
hoc quesita sunt duo.
Primo utrum mortuos
paciatur aliquod detrimentum
si executor eius differat dare
elemosinas quas ipse in testamento
dari mandavit. Secundo utrum
executor licite possit differre
distribucionem elemosinarum
ad hoc quod res defuncti melius
vendantur. Propositum. Ad primum

xiii Ad primum sic articulus
proceditur. Videtur quod mortuus
ullum detrimentum
senciat ex hoc quod elemosine
quas mandavit dare
retardantur huiusmodi enim
retardacio provenit ex negligencia
executoris. Sed negligencia
unius non imputatur alteri.
Ergo ullum detrimentum mortuos
patitur ex huiusmodi tarditate.
Contra est quod propter huiusmodi
tarditatem retardantur oraciones
et sacrificia que fiunt pro anima
defuncti ex quibus plurimum iuvaretur.
Ergo ex huiusmodi tarditate
patitur detrimentum. Responsio dicendum
quod hic oportet esse duplici distinctione.
Primo quidem ex parte ipsius detrimenti
distinguendum est duplex
detrimentum. Nam quoddam
est detrimentum quod pertinet ad
tollerenciam pene secundum illud
prima ad Corinthios iiio. Si cuius
opus exarserit detrimentum
patietur. Aliud autem est quod
pertinet ad subtraccionem remedii
et hoc eciam est distinguendum
ex parte elemosine circa quam
eciam potest considerari detrimentum
ipsius elemosine et effectus
ipsius. Quantum igitur ad meritum
ipsius elemosine nullum detrimentum
patitur defunctus ex
ipsa tarditate maxime si per eum
in ipso fuit causa adhibuit
cum cura solicita ut huiusmodi
elemosine cito darentur quia
meritum pendet ex voluntate et
intencione dependet. Si quantum
ad effectum elemosine patitur
detrimentum non quidem ut per huiusmodi
tarditatem puniatur
sed quia remedium ei non adhibetur
dum suffragia differuntur ex quibus
plurimum iuvaretur. Ad primum ergo
dicendum quod negligencia unius non
imputatur alteri ad peccatum
sed tamen redundat in alterum
quantum ad effectum remedii sicut
quod unus homo ab alio iuvari
potest etc.

Articulus xiiii.

Ad secundum sic proceditur.
Videtur quod executor debet tardare
distribucionem elemosinarum
ab hoc quod res defuncti melius vendantur
quia ex hoc sequitur quod plures elemosinas
poterit facere pro defuncto
ex quibus defunctus magis iuvabitur.
Ergo si differat videtur quod laudabiliter et
fideliter hoc faciat. Sed contra est quod ex tarditate
elemosinarum sequitur retardacio

remedio quo forte defunctus indiget videtur ex huiusmodi retardatione gravetur et ex huiusmodi retardatione defunctus potius quam iuvetur. Dicendum quod in tali modo non videtur esse magnum peccatum vnde si executor pro magnam partem elemosinam dare differat ut rebus defuncti melius venditis ampliores elemosinas dare possit laudabiliter hoc facit / si non eque pro multum tempore differat elemosinas distribuere ut eciam multum ampliores elemosinas faciat / non videtur esse sine culpa quia forte defunctus a purgatorio liberaretur in quo ex isto remedio suffragiorum maneret. Verum eciam hoc aut requirit prudentis executoris examen ut scilicet consideratis aliis circumstanciis temporis et conditione persone que creditur cicius vel tardius liberanda et eciam quantitate augmenti elemosinarum faciat quod videbitur expedire defuncto

Divisio

Deinde questio est de peccato et circa hoc quesita sunt tria primo de peccato originali utrum scilicet ille qui baptisatus est non remittat peccatum originale in plenum. Secundo de peccato actuali in generali quod scilicet sit prius utrum aversio a deo vel conversio ad creaturam commutabile bonum. Tercio de mendacio quod scilicet mendacium sit grauius utrum illud quod sit vero vel illud quod sit falso

Articulus

xv Ad primum sic proceditur videtur quod ille qui est baptisatus non remittat peccatum originale in plenum in eo enim qui nascitur tria sunt considerari / scilicet corpus / anima / et vnio utriusque sed non contrahit peccatum originale secundum corpus quod trahit a parentibus quia parentes erant totaliter a peccato originali mundati. Similiter eciam nec ratione anime quia procedit ex creatione dei in qua peccatum non cadit et per consequens neque eciam per vnionem utriusque ergo ille qui nascitur ex baptisatis parentibus nullo contrahit peccatum originale. Sed contra est quod remedium non adhibetur nisi vulneri sed baptismus qui est medicinale remedium contra vulnus originalis peccati adhibetur paruulis baptisatorum filiis secundum generalem ecclesie consuetudinem ergo paruuli baptisatorum filii cum originali peccato nascuntur. Responsio dicendum quod peccatum quod ex transgressione primorum parentum in omnes posteros originaliter derivatur non abuletur nisi per gratiam christi qui de peccato dampnauit peccatum in carne ut dicitur ad romanos 8 quo quidem quodammodo agitur. Nam primo in statu presentis vite per sacramenta gracie christi removetur peccatum originale quantum ad inquinacionem anime scilicet ut non imputetur homini ad culpam / tamen non quantum ad corruptionem fomitis in carne vnde apostolus dicit ad romanos 7 ego ipse mente servio legi dei / carne autem legi peccati. Originalitas scilicet dicta caro corrupta advsus spiritum vnde homo baptisatus secundum mentem vivit in novitatis spiritus / sed secundum carnem retinet vetustatem ade. Et peccato originali et ideo sicut per spiritualem generationem quam scilicet per eam in aliquos producit filios in christo absque peccato secunda ecclesie secundum generacionem carnalem producit filios in vetustate ade cum peccato originali et per hoc patet responsio ad obiecta articulus

xvi Ad secundum sic proceditur videtur quod in peccato actuali prius sit aversio quam conversio. Aversio enim importat recessum a termino conversio autem accessum ad terminum. Sed in motu corporali prius est a termino recessus quam accessus ad terminum ergo et in spirituali motu prius est aversio quam conversio. Sed contra est quod dionisius dicit 4o capitulo de divinis nominibus nemo intendens ad malum operatur sed intendens ad bonum quod prius autem peccantis contingit per appetitum ad bonum commutabile quam avertatur a deo. Responsio dicendum quod peccatum principaliter in voluntate consistit vnde augustinus dicit quantum ad voluntatem illud principaliter intenditur quod est prius et ideo in peccatis in quibus principaliter intenditur fruicio boni commutabilis sicut in luxuria avaricia et similibus prius est naturaliter conversio quam aversio que non est principaliter intenta sed per modum concomitans consequitur et inordinata conversione in peccatis autem in quibus directe intenditur aversio a deo sicut est infidelitas desperacio et huiusmodi prius est aversio ab incommutabili bono et postea est conversio ad commutabile bonum sicut patet in illis qui desperantes seipsos tradunt impudicicie ut dicitur 4o ethicorum. Ad primum ergo dicendum quod quamvis in motibus corporalibus recessus a termino prior sit in execucione accessus tamen ad terminum prior est in intencione in qua consistit peccatum

Articulus

xvii Ad 3m sic proceditur videtur quod maius peccatum sit cum aliquis mentitur falso quam si ad casus mentitur

vo maius petm tūc videt᷑ cū aliqs
mētiendo abutit᷑ eo cū magis
credit᷑ Sed sicut anshelmus dicit
in libro de veritate magis creditur
factis qȝ vbis ergo q̄uis peccat qui
mētit᷑ factis qȝ vbis Item cū est
sicut augus dicit in libro de doc
trina xpiana inť omnia signa
pricipuū locū tenent vba q̄bus aūt
abutit᷑ ille qui vbo mētit᷑ ergo
videt᷑ qȝ q̄uis peccat ille qui me
tit᷑ vbo qȝ ille qui mētit᷑ facto
Responsio qȝ sicut ambrosius dicit
in quoddā sermōe nō solū in fals
vbis s̄ etiā in simulatis opibȝ men
dacium est / petm aūt mendacii pn̄
cipaliť ꝯsistit in intencōe fallendi
xvii Vn̄ ille qui dicit falsū qđ putat
esse verū non mētit᷑ magis aūt
est reus mendacii ille qui dicit verū
qđ putat esse falsū ut pȝ p augus
tinū in libro de mendacio Vn̄ Cum
eadē intencio fallendi sit in eo q
mentit᷑ vbo et in eo qui mētit᷑
facto utrȝ equaliť peccat Verbum
eni ad factū assumit᷑ ut instrumēto
fallendi vn̄ nō refert q̄ntū ad petm
mendacii vtrū aliquis vbo ul scripto
ul nutu vel quocūqȝ facto mentiat᷑
Sicut nō refert q̄ntū ad petm ho
micidii vtrū s. aliquis gladio uel
securi interficiat hominez Et p hac
pȝ responsio ad obiectū Articulus
xviii Deinde questū est cū corpo
ralia hominis vtrū s. aliqs
possit esse nālit᷑ uel mira
culose simul v̄go et pat̄ Et videt᷑
qȝ possit esse miraculose q̄ia pat̄
et mat̄ simul sunt generationis prin
cipia s. aliqua mlr̄ miraculose fuit
virgo et mat̄ ergo pari rōe aliqs
vir miraculose pt̄ esse pat̄ et
v̄go Item videt᷑ qȝ hoc possit esse
absqȝ miraculo qȝ demon incubus
pt̄ furari semen viri virginis
in sompno polluti et infundere in
matricē mulieris ex quo q̄uis se
mīe pt̄ concipi ples Cuiuscūqȝ
pat̄ non est demon incubus s. ille
cuius et cuiq semīe generat᷑ qȝ agit
in virtute eius a quo est resolutū
ergo videt᷑ qȝ etiā absqȝ miraculo pt̄
aliquis esse virgo simul et pater
Sed ꝯ mulier absqȝ miraculo
nō pt̄ esse simul v̄go et mat̄ ergo
pari rōe nec vir absqȝ miraculo
pt̄ esse simul etiā v̄go et pat̄ Item
videt᷑ qȝ nec p miraculū qȝ si fi
lius dei qui natus est miraculose

de v̄gine et ad p̄te corpis v̄ginalis
carne assumpsisset qȝ et illa vn̄ mī̄r
nālit᷑ concepit puta de manu aut
de pede nō dicet᷑ filius v̄ginis sicut
nec Eua dicta est filia ade quāuis
sit formata de costa ipsius s. nō poss
contingere salua virginitate viri
qȝ ex eadē p̄te corpis et in eodē loco
plem generaret sicut nāc̄ generat᷑ ergo
nec etiā miraculose fieri posset qȝ
aliquis simul esset v̄go et pat̄ Respon
sio dicendū qȝ ad hoc evidenť videre
oȝ quid ad v̄ginitatē requirit᷑ Requi
runt᷑ aūt tria ad eius pfectōne quorū
primū est pncipale et formale s. electio
et intencio voluntatis sicut et in ali
is moralibȝ Vn̄ illud est nāitē ad
virginitatē requirit᷑ qȝ assit alicui
assidua voluntas nō experiendi delec
tacōez venereaz Secundū aūt est male
s. passio appetitus sensitiui s. delec
tacio qua quis experit᷑ in actu ve
nereo Cuiuscūqȝ pncipio requirit᷑ ad pfec
tam virginitatē mālit᷑ pria passiones
sensitiue sunt ma vtutū moraliū
s. tn̄ p̄ter electōz contra voluntatē hoc desit
puta cū quis in sompno polluit᷑
vel cū mlr̄ p violenciā ab hoste
opprimit᷑ nō perit virtus v̄ginitatis
ut pȝ p augustinū in primo de ciuitate
dei Tercium aūt est qȝ pcamus et
concomitans se habet ad virginitatē
s. corpalis integritas vn̄ si claus
tra pudoris alit᷑ corrupantur qȝ p ve
nereū actū puta si abscint uel
medicus ferro incidat nichil v̄ginitatis
deperit sicut augus dicit de ciuitate
dei Si igit᷑ v̄ginitas accipiat᷑ sm̄
pfectū suū esse put ad v̄ginitatē
tria pdicta concurrūt mlr̄ quidē salua
virginitate nō pt̄ esse mat̄ ita qȝ con
cipiat et pariat nisi miraculose
ꝯma ples egredi nō pt̄ ad hoc
qȝ pmaneat claustra pudoris uel
p miraculū Sicut accidit in matre dei
passet tn̄ absqȝ miraculo mat̄ salua
s. omnimoda v̄ginitate concipe Sicut
dicit᷑ accidisse de quadā puella pu
bescente quia pat̄ eius pudoris custo
diā in lecto suo habebat qui dū in sompno
pollueret᷑ semen ad matricē descendit
et puella concepit vir aūt absqȝ omnī
seminis resolucōe nō pt̄ esse pat̄ neqȝ
nālit᷑ neqȝ miraculose ꝯma s. de
corpe eius ples miraculose formaret᷑
nō posset dici pat̄ Si vo virginitas
largius accipiat᷑ put solū requirit
intencōez electōis mētis sicut pȝ de
muliere quidē qȝ nālit᷑ pt̄ esse mat̄
virginitate manente Sicut si aliqua

p violeciam opprimeret ab hoste et
inde concipet tunc magis hoc posset
miraculose fieri Vir aut salua tali
virginitate posset esse pater naturalis
propter pollucionem nocturnam que quocumque
modo ad matricem mulieris perveniret
Non aut ita congruet quod miraculo
se pater fieret sicut et virgo fieret mater
Et enim quia virgo miraculose facta
est mater spiritu sancto formante corpus
prolis et purissimis sanguinibus
virginis ut damascenus dicit
Resolucionem aut seminis sine qua vir
pater esse non posset Non congruit
operacioni spiritus sancti Tercio quia vir
in generacione est sicut agens mulier aut
sicut paciens deo aut competit agere
et non pati Unde magis congruit quod
deus miraculose suppleat illud quod
deest ex parte viri quam illud quod deest
ex parte mulieris Et per hoc patet responsio
ad obiecta articulus

xix Deinde questio est ultimo de
creatura pura corporali Utrum
scilicet celum empireum habeat
influenciam super omnia corpora et vi
detur quod non Primo quia omne corpus quod
naturaliter influit in alia corpora plus
influit in propinqua quam in remota
Si ergo celum empireum influeret in cor
pora inferiora plus influeret in
celum aqueum quod est sibi propinquum
quam in celum sidereum sed hoc videtur
esse inconveniens quia celum sidereum
similius est celo empireo cum neu
trum sit de natura quatuor elementorum
quam celum aqueum quod est de natura quatuor
elementorum quia ille aque sunt ibi
posite ad refrigerandum calorem prove[nien]
ente ex motu celi vel eciam saturnus
qui est altior inter planetas dicitur
habere frigiditatem Non ergo celum empi
reum influit in corpora inferiora Secundo
dicendum est quod in libro de intelligenciis dicitur
quod omne quod influit in alia est lux
vel lucem habens Sed in commento dicitur
quod omnis influencia est per virtutem
lucis Sed celum empireum maxime habet
lucem inter alia corpora ergo maxime in
alia corpora influit Responsio dicendum
quod quidam ponunt celum empireum non
habere influenciam in reliqua corpora
quia non est institutum ad effectus natura
les sed ad hoc quod sit locus beatorum
Et hoc quidem non aliquibus visum est sed
diligencius considerans in eis magis
videtur dicendum quod influat in corpora in
feriora quia totum universum est unum
unitate ordinis ut patet per philosophum in 12°
methaphisice hec aut unitas ordinis
attenditur secundum quod quodam ordine re
guntur corporalia per spiritualia et infe
riora corpora per superiora ut augustinus
dicit in 3° de trinitate Unde si
celum empireum non influeret in
corpora inferiora celum empireum
non contineretur sub unitate universi quod
est inconveniens videtur aut quod effectus
eius esse perpetuitas et permansio in infe
rioribus corporibus Nam secundum philosophum
in 2 methaphisice in celo sunt primo
duo motus quorum unus est ab ori
ente in occidente qui vocatur diurnus
et est super polis equinoctialis et quia
est uniformis causat perpetuitatem in
inferioribus motibus Alius aut motus
est ab oriente in occidente quo movetur
sol et alii planete qui est super polis
zodiaci per quem planete accedunt et
recedunt a nobis per ille motus sp[ec]ie
causat diversitatem generacionis et corrupcionis
et ceterorum motuum in istis inferio
ribus etc continuatur generacio et corrupcio
horum inferiorum quousque deus vult quod
quiescant quantum ad continuitatem causatur
a motu primo celi quantum aut ad genera
tionem a 2° sicut aut uniformitas
motus precedit difformitatem ita eciam
unitas quietis precedit uniformi
tate motus quia movetur est se aliter
habere nunc quam prius et quiescere aut est
eodem modo se habere nunc ut prius etc
quiescere est prior unitate uniformi
tas aut motus est unitate non disposita
te Et ideo primum celum scilicet empireum
simpliciter per suam quietem influit
Secundum aut celum quod dicitur aqueum
per suum motum uniformitatem 3m
aut celum sidereum per suum motum
difformitatem hoc aut proprium est huius
corporis quod influat absque motu unum
non est simile attingere quandoque or
dine substancias spirituales prout deum
sicut dicitur [illegible] capitulo de divinis
2° celo de divinis nominibus quod divina
sapiencia coniungit principia 2orum finibus
primorum Ad primum ergo dicendum quod celum
empireum magis influit in celum
aqueum quam in inferiora corpora inquan
tum scilicet celum aqueum plus recipit
de influencia celi empirei ut
uniformitas motus ostendit unde
eciam et magis convenit cum celo em
pireo [illegible] vel sue uniformitatis
quam celum sidereum Sed tamen de celes
tibus corporibus dubia opinio unde quod
sit de natura elementorum 3a in qua celum

empireum esset de na igneis aliquid
de na aque vel aeris Celum aut
sydereum est compositum et utrumque natura
prima in parte est lucidum in parte de
asseranu Et ad hanc opinionem pertinet
quod dicatur aquas ibi esse ad mitti
gandum Alia aut opinio est quod
corpa celestia non sunt de na eorum
elementorum sed de quinta essencia secundum
quam eciam celum aqueum non est de
na quatuor elementorum sed dicatur a
queum propter dyaffineitate Sicut dicatur
celum empireum i igneum propter lumine
Sicut dicitur commentum liber de in=
telligencijs non sit autoritatis aliquis
nec eciam verum sit quod omnis influxus
sit rore lucis vel lux metaphorice ac
cipiatur pro omni actu prout omne a
gens agit inquantum est ens actu et
hoc potest esse verum in solis corporibus
In quibus procedit lux inquantum sic
lux corporalis est forma sancta primi
corporis agentis scilicet celi in cuius
virtute omnia corpora inferiora
agunt et hec ad presens dicta sufficiant

Quodlibeto .ij. .ij.

Quesitum est de tribus primo
de quibusdam pertinentibus ad
substancias spirituales Secundo de quibusdam
pertinentibus ad sacramentum altaris
Tercio de quibusdam pertinentibus
ad corpa dampnatorum Circa
spirituales substancias querebatur primo
de cognicione earum Secundo de sermo
cinacione anime christi tempore passionis
Tercio de pluralitate in substanciis
spiritualibus in vero Circa primum
querebantur tria primo utrum aliquis
intellectus creatus possit divinam
essenciam videre immediate Secundo
utrum intellectus creatus possit simul
plura intelligere 3o Utrum intellectus
angelicus possit intelligere Et
utrum noticia qua angelus diat per
lem mentis sit accidens vel non

Ad primum sic articulus primus
Procedit videtur quod nullus
intellectus creatus possit
divinam essenciam immediate videre
Intellectus enim creatus enim indifferenter
se habeat ad omnia intelligibilia et
immediate non potest cognoscere determinate
aliquid nisi per obiectum sibi determinetur
sed divina essencia non est obiectum

Quod possit intellectum determinare
quia est summum in entibus et maxime
communitatis Et nullo modo determinatur
Ergo intellectus creatus ipsum videre
non potest Preterea ad hoc quod intellectus
cognoscat aliquid oportet quod fiat
in actu nichil enim operatur
secundum quod est in potencia sed secundum quod
in actu intellectus aut non fit in
actu nisi secundum quod intelligibili
informatur Cum ergo essencia
divina non possit perfectivum in
formare intellectum ut formaliter
faciat ipsum esse actu oportet
si debet per intellectum cognosci quod
per aliquam sui similitudinem intellectum
informet ad hoc quod cognoscatur
et ita non poterit immediate
nisi per similitudinem suam videri
Preterea ad hoc quod intellectus creatus
essenciam divinam videat oportet
quod per lumen glorie perficiatur
Sed lumen glorie est medium distans
et ab ipso intellectu et ab ipsa
essencia divina cum lumen
predictum dicatur creatum ergo
intellectus creatus non potest videre
divinam essenciam immediate
Preterea secundum philosophum tercio de anima
Sicut sensus se habet ad sensibile
ita se habet intellectus ad intelli
gibile Sed ad hoc quod sensus
visus suum obiectum percipiat
duplici medio indiget scilicet
luminis et specie que est similitudo
rei vise ergo hoc idem est
necessarium intellectum in visione
divine essencie Et sic non
immediate eam videbit Preterea
est quod dicit Johannis tercio videbimus
eum sicuti est Preterea ad hoc
quod intellectus intelligat nichil a
liud videtur requiri nisi quod
intelligibile fiat in actu et quod
intellectui adiungatur sed essencia
divina per seipsam est intelligibilis
in actu cum sit formalis intellectui

Quodlibetum .i. art. iiii

Sciendum primo est quia ut Augustinus dicit deus unicuique rei est intimior quam ipsa res sibi ergo intellectus creatus essenciam divinam immediate poterit videre. Responsio dicendum quod absque dubio tenendum est quod divina essencia propria immediate ab intellectu glorificato videtur. Ad cuius evidenciam sciendum quod in visione corporali triplex medium convenit esse. Unum sub quo intellectus videt quod disponit eum ad videndum et hoc est in nobis lumen intellectus agentis quod se habet ad intellectum possibilem sicut lumen solis ad oculum. Aliud medium est quo videtur scilicet res ad extra et hoc est species intelligibilis que intellectum possibilem determinat et habet se ad intellectum possibilem sicut species lapidis ad oculum. Tercium medium est in quo aliquid videtur et hoc est res aliqua per quam in cognicionem alterius devenimus sicut in effectu videmus causam et in uno similium vel contrariorum videtur aliud. Et hoc medium se habet ad intellectum sicut speculum ad visum corporalem in quo oculus aliquam rem videt. Primum igitur medium et secundum faciunt mediatam visionem. Immediate enim aliquis videre dicitur lapidem quamvis eum per speciem eius in oculo receptam et per lumen videat. Quia visus non fertur in hec media sicut in ipsa visibilia sed per hec media fertur in unum visibile quod est extra oculum. Sed tercium medium facit visionem mediatam visus enim primo fertur in speculum sicut in visibile quo mediante accepit speciem rei vise in se in speculo. Similiter intellectus cognoscens causam in causato fertur in ipsum causatum sicut in quoddam intelligibile ex quo transit in cognicionem cause.

Et quia essencia divina in statu vie in effectibus suis cognoscitur non videmus eam immediate. Unde in patria ubi immediate videbitur tale medium penitus subtrahetur. Similiter eciam ibi non erit medium secundum scilicet aliqua species essencie divine intellectum informans. Quia quando aliquid videtur immediate per speciem suam oportet quod species illa representet rem illam secundum complementum esse sue speciei. Similitudines non directe res ista immediate videri sed quedam umbra eius sicut similitudo lucis in oculo fit per modum coloris qui est lux obumbrata. Cum autem omne quod recipitur in aliquo per modum recipientis recipiatur impossibile est in intellectu creato similitudinem divine essencie recipi que eam perfecte secundum suam totam racionem representet. Unde si per aliquam similitudinem talem essencia divina a nobis videretur immediate non videremus essenciam divinam sed quandam umbram eius. Restat igitur quod primum solum medium erit in illa visione scilicet lumen glorie quo intellectus perficitur ad videndum essenciam divinam de quo in psalmo: In lumine tuo videbimus lumen. Hoc autem lumen non est necessarium ad hoc quod faciat intelligibile in potencia esse intelligibile in actu ad quod est nobis necessarium lumen intellectus agentis quia ipsa divina essencia cum sit a materia separata est per se actu intelligibilis sed necessarium est tantum ad perficiendum intellectum ad quem eciam nec lumen intellectus agentis valet. Perfectum autem lumen glorie sufficienter perficiet intellectum ad videndum divinam essenciam eo quod in ipsa essencia divina totaliter lux est intelligibilis

Per lumen glorie abeat in intellectu
descendens facit hoc respectu
divine essencie in intellectu quod facit
respectu aliorum intelligibilium que
non sunt per species intellectus sicut et
lumen. Sicut si lux sensibilis
per se existeret ad eius visionem
sufficeret lumen celum (?) perfectus
sine aliqua similitudine. Ad
primum ergo dicendum quod aliquis dicitur
determinatum dupliciter primo ratione
limitationis alio modo ratione distinctionis.
Essencia autem divina non est quid
determinatum primo sed 2o quia forma
non limitatur nisi ex hoc quod in
aliquo recipitur cum ma (?) commen-
suratur. Essencia autem divina
non est alicui in alio receptum eo
quod esse eius est ipsa divina natura
subsistens quod in nulla alia re-
rum quelibet res alia que habet
esse receptum et sic limitatur.
Et inde est quod essencia divina
ab omnibus distinguitur per hoc
quod est in alio non recipi. Sicut
si esset aliqua albedo existens
non in subiecto ex hoc ipso disting-
weretur a qualibet albedine
in subiecto existente quamvis in ratione
albedinis non esset recepta et
sic nec limitata. Patet ergo
quod essencia divina non est quid
quale in essendo cum sit ab omnibus
aliis distincta. Ad 3m (?) solvitur dicendo
quia illud quod est per se est causa
eorum que per se non sunt unde
esse per se subsistens est causa
omnis esse in alio recepti et
ita essencia divina est intelligibile
quod potest declarare intellectum. Ad 2m
dicendum quod intellectus creatus fit actu
ad videndum divinam essenciam per
lumen glorie et hoc sufficit
sicut dictum est. Ad 3m dicendum
quod illud lumen glorie differt ab
essencia divina et ab intellectu
sicut dictus (?) per essenciam non tamen

facit mediatam visionem ut ex
dictis patet. Ad 4m dicendum quod vi-
sibilia non sunt lux tantum. Et ideo
oportet ad hoc ut visus de-
terminetur ad ea quod non solum sit
ibi lumen sed etiam species rei
vise. Essencia autem divina est
pura lux et ideo non requiritur
aliqua alia species quam ipsum
lumen ut ex dictis patet etc.

Ad 2m sic. **Articulus** a. q. ii (?)

Proceditur videtur quod intellectus
creatus possit simul plura
intelligere. Potencia enim sensitiva cum sit
inmaterialis (?) est magis contracta quam
intellectiva. Sed sensus potest plura sen-
tire sicut sensus communis simul sentit
album et dulce dum eorum differenciam
cognoscit. Ergo intellectus multo forcius
potest simul plura intelligere. Preterea plura
intelligibilia possunt simul cognosci in quantum
sunt unum. Sed omnia intelligibilia sunt
unum in quantum sunt intelligibilia. Ergo omnia
intelligibilia possunt cognosci simul. Preterea
sicut se habet intellectus in habitu ad intelligibile
in habitu ita se habet intellectus in actu
ad intelligibile in actu. Sed intellectus
in habitu simul plura intelligibilia co-
gnoscit in habitu. Ergo intellectus
in actu simul plura intelligit in
actu. Preterea ad cognitionem intellectus
sufficit species rei intelligibilis in in-
tellectu existens. Sed species intelligibiles
non se impediunt quin simul sint in
intellectu cum non sint contrarie eo quod
sunt a materia separate. Ergo intellectus
non impeditur quin possit plura
simul intelligere. Preterea capacitas
intellectus est maior quam cuiuslibet
corporis. Sed aliquod corpus est
in quo plures species sunt etiam
contrariorum simul fieri sicut patet quod in
uno puncto aeris in quo se
intersecant due linee directe
a duobus visibilibus ad duos
videntes est species utriusque visibi-
lis. Ergo multo forcius plures
species intelligibiles actu in intellectu
et ita intellectus potest simul plura intelligere

Si tamen est quod dicit philosophus in 2o
topicorum. Contingit plura scire
intelligere vero unum solum ergo et iusto
quam quod intellectus dicitur aliquid intelligit
secundum primo et ex consequenti. Ex consequenti
quidem contingit plura simul intelli-
gere respectu habitus ordine ad unum
intelligibile primum et hoc contingit ex
modo ex unitate eius quod in-
telligitur. sicut qui plura intelligibilia
per unam speciem intelligunt sicut
intellectus divinus omnia simul videt
per unam essentiam suam. et eodem
modo intellectus creatus videns
essentiam divinam potest omnia simul
videre que per essentiam divinam
videt. Aliud modo ex unitate
eius quod intelligitur sicut plura
intelliguntur ut unum. tunc enim
illud unum est primo intellectum et
illa plura sunt intellecta ex consequenti
in illo. Sicut cum intellectus intelligit
lineam simul intelligit partes linee
ut patet in 3o de anima. Et similiter
cum intelligit propositionem intelligit simul subiectum
et predicatum. et cum intelligit simili-
tudinem differentiam aliquorum
simul intelligit ea quorum est similitu-
do vel differentia. Quod intellectus simul
intelligat plura intelligibilia
primo et per se est impossibile. Unde
ratio est. quia intellectus est in actu
omnino. idest perfecte res intellecta
ut patet 3o de anima. quod quidem
intelligendum est non quod essentia
intellectus fiat res intellecta
vel species eius. sed quia complete
informatur per speciem rei intellecte
dum eam actu intelligit. Unde
intellectum simul plura actu intelli-
gere primo idem est dicere ac si res
una simul esset plura. In rebus
autem materialibus videmus quod una
res unius non potest esse plura in
actu sed plura in potentia. vel
secundum diversas potest esse unum et idem
plura. Idem enim aer est simul
potentia aqua et ignis et potest

etiam simul esse dispositiones ad
utrumque completas ad aliquid inesse eius
Sicut si aer ex una parte rare-
fiet et ex alia parte inspissiet
sed quod aer simul actu sit ignis
et aqua est impossibile. Et similiter etiam
quod aliquid sit simul actu lapis et
ferrum que non videntur contraria
sed desperata intellecta aut ex
sua ratione sue potentie est
simul in potentia omnia intelligibilia
Sicut et sensus omnia sensibilia
potentia aut sensitiva per similitudines
sensibilium reducitur in actu
duo vero incomplete per modum
dispositionis que sunt species sensibiles
sunt in ea ut dispositiones
que appellat avicenna esse
ut in thezauro similitudines perfecte
que sunt species sensibilis actu
servinet potentia sensitiva et has
vocat avicenna apprehensione
sensus distinguentes potentias
sensibiles apprehendentes ab illis
in quibus sunt forme sensibiles
ut in thezauro. Et similiter in
intellectu in habitu sunt similitudines
intelligibilium ut dispositiones
Sed que sunt actu intellecte
sunt in eo ut forme perficientes
et tunc intellectus fit res omnino
intellecta. Et hoc contingit per
intentionem que contingit intellectio
intelligibili et sensui sensibili
ut dicit augustinus. Unde patet
quod sicut una res materialis
non potest esse simul plura actu
ita unus intellectus non potest esse simul
plura intelligere primo. Et hoc
est quod algazel dicit quod sicut
unum corpus non potest simul figurari
pluribus figuris. Ita unus
intellectus non potest simul plura
intelligere. nec potest dici quod intellectus
informetur perfecte simul pluribus
speciebus intelligibilibus. sicut
unum corpus simul informatur
figura et colore quia figura et color

Non sunt forme vniuersales ergo
nec in eodem ordine accipiuntur
quia non ordinantur ad perficiendum
corpus in esse vnius rationis
Sed omnes forme intelligibiles
respectu huiusmodi sunt vniuersales
ergo etiam in eodem ordine
se habent ad intellectum respectu
perficiant intellectum et hoc est esse
intellectum in actu Vnde plures
species intelligibiles se habent
sicut figure plures vel plures
colores qui sunt actu in eodem
esse non possunt secundum idem Ad primum
ergo dicendum quod sicut dicendum est
de potencia sensitiva quod non potest plura
sentire simul sentire sed ex consequenti
in quantum plura accipiuntur ut vnum
sicut cum sensibilia plura vniuntur
in vna differencia et plura
sensibilia que sunt partes vniuntur
in vno toto Vnde cum sentitur
totum sentiuntur sunt plures partes
ex consequenti et tunc intencio sensus
non fertur ad aliqua partem primo
sed ad totum quia si ad aliquam
partem ferretur ut ad sensibile
principale hoc solum sentiretur et
non alia Et ita sensus communis
quamuis sit vna potencia
secundum essenciam tamen aliquo modo
multiplicatur secundum esse respectu
coniungitur diuersis sensibilibus propriis
Sicud vnum centrum coniungitur
pluribus lineis Vnde immutaciones
omnium sensuum sunt feruntur ad sensum
communem sicut motus qui
esset per omnes lineas posset
sentiri simul ad centrum Sed illud
non multiplicatur modo predicto
in plures potencias Et ideo non
est omnino simile Ad secundum dicendum quod
cognoscibilia que sunt cognoscuntur
oportet quod accipiantur vt vnum
cognoscibile vno modo Sed omnia autem
intelligibilia respectu huiusmodi
sunt vnum genere et non vno

Et ideo racio non sequitur Ad
secundum dicendum quod sicut patet ex iam
dictis quod non eodem modo se habet
intellectus in habitu ad intelligibilia
que sunt in ipso ut dispositiones
et intellectus in actu ad intelligibilia
in actu que sunt in ipso ut eius
vltime perfectiones Ad tertium
dicendum quod non solum prohibetur res
aliqua esse plura contraria actu
simul sed etiam plura esse disparata
ut ex dictis Vnde quamuis forme
intelligibiles in intellectu non sint
contrarie nichilominus tamen intellectus
prohibetur simul plura intelligere
ut ex dictis Ad vltimum dicendum
quod species sensibiles que sunt in
medio differentes sunt ibi per modum
disposicionis et non per modum
vltime perfectionis quia sunt ibi
inquodam fluxu et ideo non est
simile etc.

articulus

Ad secundum sic proceditur videtur
quod intellectus angelicus
non possit cognoscere singu-
laria Si enim cognosceret
aut cognosceret per speciem acquisitam
aut per speciem concreatam Non per
speciem acquisitam quia illa non
esset particularis et per consequens materialis
Et ita in intellectu angeli immateriali
esse non posset nisi esset vniuersalis et
sic per eam singulare cognosci non
posset Similiter nec per concreatam
quia species concreata angelo a principio
sue creacionis sunt in ipso Sed
cognicio autem aliterque sufficit quod
eius species sit in intellectu et ita
si per speciem concreatam posset aliquid
particulare cognosci dicendum est prius
a principio sue creacionis illud
cognouisset quod adhuc erat
futurum quod non potest esse quia futura
cognoscere solius dei est ysaye
41 annunciate que ventura
sunt in futurum et sciemus quia
dii estis vos ergo angeli futura

Cognoscere non potest Si dicatur quod
species ille contrahate faciunt cogni-
tionem presentem non autem futurorum
Contra non potest aliqua cognitio
nova fieri nisi fiat aliqua inno-
vatio in cognoscente Sed per hoc
quod particulare quod erat futurum fit
presens non fit aliqua innovatio
in intellectu angelico cum nichil
recipiat a re extra Ergo si prius
dum erat futurum non cognoscebat
nec dum fit presens cognoscere poterit
Si autem dicatur quod per applicationem
speciei ad particulare quod tunc fit
intelligit Contra quia talis appli-
catio fieri non potest nisi utrumque
precognoscatur et quod applicatur
et cui fit applicatio per alia verba
Si dicatur quod cum prius nichil acci-
piat in forma qua licet habebat
apud se prius applicat ad parti-
culare quod de novo fit Contra
intellectus non potest aliquid ad aliquid
applicare nisi precognoscat et id
quod applicat et illud cui applicatur
quia prius est cognoscere duo simul
quam comparationem unius ad alterum ergo
applicatio predicta sequitur cognitionem
singularem et sic non potest esse
causa eius Item si cognoscit
angelus singularia aut cognoscit
una specie aut pluribus Sed non pluribus
quia sic oporteret quod infinitas species
haberet apud se cum infinita sint particularia
adinvicem composita Similiter nec una
quia sic angelicus intellectus equaretur
intellectui divino qui una sui sua
essencia plura intelligit ergo
intellectus angelicus singularia
cognoscere non potest Preterea si cognoscit
angelus singularia aut hoc est
pluribus speciebus aut una Non
pluribus quia sic oporteret habere
infinitas cum particularia sint infinita
composita Non una quia impossibile
est eum equare intellectui divino

Si dicatur quod non cognoscit per unam
speciem omnia sed per unam speciem omnia
eiusdem unius speciei et non alia
Contra illa una species non habet se magis
ad unum individuum quam ad aliud
Sed oportet quod per speciem intelligi-
bilem intellectus determinetur ad
determinatum cognoscibile ergo per speciem
illam non poterit cognoscere hoc
particulare determinate Sed contra est
quod dicitur ad Hebreos Primo omnes
sunt administratorii spiritus etc. quod non
posset esse nisi cognoscerent
singularia hominis Responsio Dicendum
quod angelus absque dubio singu-
laria cognoscit Ut autem videamus
modum quo hoc possibile sit Sciendum
est quod ad hoc quod singulare aliquod
cognoscatur oportet quod in potentia
cognoscitiva sit similitudo eius
inquantum particulare est Unius autem
forma de se communis est Unde
additio forme ad formam non potest
esse causa individuationis quia quotcumque
forme sibi aggregentur ut album
bicubitum crispum et huiusmodi
non constituunt particulare quia
sic hec omnia sicut sunt in uno
ita et in pluribus possibile est reperiri
invenire Sed individuatio forme
est ex materia per quam trahitur ad hanc
determinationem Unde ad hoc quod particu-
lare cognoscatur oportet quod
in cognoscente non solum sit simili-
tudo forme Sed aliqualiter simili-
tudo materie Similitudo autem rei
cognite dupliciter est in cognoscente
Uno modo sicut recepta a re sicut
est in hiis que cognoscuntur
per speciem abstractam a rebus
Alio modo sicut causa rei ut patet
in artifice qui cognoscit arti-
ficium per illam formam per quam
ipsum facit Species igitur que est
a sensu causata a re sensibili
inquantum non est in alio omnino a condi-
tionibus materialibus depurata

Est similitudo forme secundum quod est in materia et ideo per eam cognoscitur particulare. Quia secundum quod in intellectu nostro recipitur species rei sensibilis est omnino iam a materialibus condicionibus depurata ergo non potest intellectus noster per eam directe particulare cognoscere sed per quandam reflexionem inquantum redit ad potentias sensitivas a quibus species intelligibiles abstrahuntur. Per formam autem que est causa rei cognoscitur res secundum quod forma illa est causa eius. Et quia artifex non per formam artis non producit materiam sed materie presupposite inducit formam artis, forma autem artis que est in mente artificis non est similitudo artificiati nisi quo ad formam tantum. Unde per eam non cognoscit artificiatum in particulari nisi formam artificiati per sensum accipiat. Artifex autem increatus scilicet deus non solum producit formam sed etiam materiam. Unde rationes ideales in mente ipsius existentes non solum sunt efficaces ad cognoscendum universalia sed etiam ad singularia cognoscenda a deo. Sicut autem ille rationes ideales effluunt in res producendas in esse suo naturali in quo particulare unumquodque consistit ex forma et materia, ita procedunt in mentes angelicas ut sint in eis principium cognoscendi res secundum suum totum esse in quo subsistunt. Et sic per influxus huiusmodi ab arte divina angeli non solum universalia sed etiam particularia cognoscunt sicut et deus. Est tamen differentia in duobus. Primo quia idee que sunt in mente divina sunt forme singularium rerum et non sunt solum principia cognoscendi, sed species quales recipiuntur in mente angelica sunt solum principia cognoscendi et non sunt forme factive rerum sed exemplate a factivis. Secundo quia intellectus quanto est altior et simplicior tanto ex uno potest plura cognoscere. Et quia intellectus divinus est altissimus per unam simplicem essentiam suam omnia cognoscit nec est in eo aliqua pluralitas formarum idealium nisi secundum diversos respectus divine essentie ad res cognitas. Sed in intellectu creato multiplicantur secundum rem que est unum secundum rem in mente divina, ut non possit omnia per unum cognoscere. Ita tamen quod quanto intellectus creatus est altior tanto habet pauciores species ad plura cognoscenda efficaces. Et hoc est quod Dionysius dicit 12 capitulo celestis ierarchie quod superiores ordines habent scientiam magis universalem inferioribus. Et in libro de causis dicitur quod intelligentie superiores habent formas magis universales. Hoc tamen observatur quod in infimis angelis sunt forme adhuc universales in tantum quod per unam formam possunt cognoscere omnia singularia unius speciei. Ita quod illa species sit propria similitudo uniuscuiusque particularium secundum diversos respectus eius ad particularia. Sicut enim divina essentia efficitur propria similitudo singulorum secundum diversos respectus. Sed intellectus humanus qui ultimus est in ordine substantiarum intelligibilium habet formas adeo particulares quod non potest per unam speciem nisi unum quid cognoscere. Et ideo similitudo speciei existens in intellectu humano non sufficit ad cognoscendum plura singularia. Et propter hoc intellectui humano coniuncti sunt sensus quibus singularia accipiat. Sed si queritur ergo quomodo angelus illos cognoscit singularia per speciem acquisitam, quia nec per speciem acceptam a re, sic enim res ageret in intellectum eius quod impossibile est. Neque per aliquam speciem de novo influxam a deo revelante ipsi angelo aliquid de novo, quia species quas angelus habet apud se concreatas

Sufficiunt ad omnia cognoscibilia cognoscenda. Ad 3m dicendum quod est altius lumine intellectus angeli elevatur in aliquos conceptus ex illis speciebus prodire sunt. sicut etiam ex eisdem fantasticis speciebus intellectus possibilis lumine superiore adiutus aliquam cognitionem accipit ad quam non sufficiebat naturale lumine intellectus agentis. Restat ergo ut angelus cognoscat singularia per species concreatas sibi aut per unam speciem concreatam sibi cognoscere diversa individua ita et multo amplius per unam speciem cognoscere sicut quare in uno individuo ut non oporteat eum aliam speciem habere qua cognoscit colorem et odorem unius pomi. Sed solum cognoscendo sicut pomum cognoscat quod est in pomo illo et essencialiter et accidentaliter. Effectus autem non est in causa sua ut in ea possit cognosci nisi causa sit determinata ad effectum illum sicut patet in causis naturalibus quibus cognitis cognoscuntur effectus earum. Sed causa contingens non determinatur ad effectum suum nisi quando actu producit ipsum. Unde in causa contingente non est effectus eius ut in ea possit cognosci nisi quando iam in actu productus est. Et ideo angelus per species concreatas cognoscens causas universales omnium singularium contingentium non cognoscit naturali cognitione effectus eorum antequam sunt in actu sed statim cum actu. Ad 2m dicendum quod quando aliquid incipit esse prius angelo angelus de novo cognoscit illud non facta aliqua innovacione in ipso angelo. Sed in re cognoscibili in qua est aliquid quod prius non fuit quo sine ea cognita cognoscitur. Ad 3m dicendum quod applicatio illa est intelligenda per modum

Unus deus ydeas ad res cognoscendas applicat non sicut unum cognoscibile ad aliud sed sicut modum cognoscendi ad cognitum sed talis modus non valet ut obiiciebatur. Ad 4m dicendum quod angelus neque una specie cognoscit omnia neque tot species habet quot sunt individua ut ex dictis patet. Ad quintum dicendum quod illa una species efficitur racio cognoscendi quodlibet individuum sibi respectivum ad ipsum ut ex dictis patet. **Articulus** iiij

Ad 4m sic proceditur videtur quod noticia que ab augustino ponitur pars imaginis mentis non sit in mente sicut actus in subiecto. Nullus enim actus excedit suum subiectum. Sed noticia excedit mentem quia mens non solum seipsam sed etiam alia per noticiam novit. Ergo noticia non est accidens mentis. Preterea nullus actus est equalis suo subiecto. Sed noticia est equalis menti alias in noticia mente et amore non consisteret ymago trinitatis quam augustinus ponit ergo noticia non est actus mentis. Preterea hoc idem videtur ex verbis augustini in nono libro de trinitate dicentis quod noticia et amor in mente in anima consistunt substancialiter vel ut ita dicam essencialiter non tamquam in subiecto ut color aut figura in corpore. Sed contra noticia mentis nichil aliud est quam sciencia. Sed sciencia est actus cum sit species qualitatis. Ergo et noticia. Responsio dicendum quod noticia tribus modis accipi potest. Primo pro ipsa natura cognoscitiva. Secundo pro potencia cognoscitiva 3o pro habitu cognoscitivo 4to pro ipso cognitionis actu. Sicut etiam hoc nomen sensus quandoque nominat naturam sensitivam per quam est primum huiusmodi natura que est sensibile quandoque vero nominat ipsam potenciam quandoque habitum quandoque vero actum loquendo ergo de noticia primo accepta

Constat quod non est in subiecto nisi sicut actus in subiecto sed taliter et sicut sicut dicitur quod rationale est de essentia hominis. Si autem accipitur pro potentia vel habitum vel actu sic dicitur potest considerari vel secundum quod comparatur ad cognoscibile et sic respicit cognoscentem sicut actus in subiecto. Et sic non excedit subiectum quia notitia numquam invenitur inesse alicui nisi menti vel secundum quod comparatur ad cognoscibile et ex hac parte non dicit quod insit sed quod ad aliquid sit. Illud vero quod ad aliquid dicitur non habet rationem actus ex hoc quod est ad aliquid sed solum ex hoc quod inest. Et ideo est etiam quod praedicta relatio secundum relationem sui generis transeat remanet [illegible]. Licet [illegible] nisi est actus et propter hoc notitia secundum considerationem istam non est in anima sicut in subiecto et secundum hanc comparationem excedit mentem quia istud alia a mente per notitiam cognoscitur. Secundum hoc etiam considerabatur ponitur trinitas in imagine quia etiam per hunc ordinem distinguuntur secundum quod ad alterum sit. Et secundum hoc est quaedam aequalitas notitiae ad mentem quia istud extendit se ad omnia ad quae potest se extendere mens. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Articulus

Deinde queritur de fruitione animae Christi in passione. Et videtur quod illa fruitio pervenerit usque ad essentiam animae. Anima enim Christi perfecte fruebatur. Sed non esset perfecta fruitio si ad essentiam animae non perveniret sed consisteret tantum in una potentia scilicet in superiori ratione. Ergo perveniebat usque ad essentiam animae. Item anima Christi perfectius fruebatur quam anima sanctorum in patria. Sed ista pertingunt usque ad essentiam animae. Ergo multo fortius in Christo. Sicut nichil fruitur nisi quod cognoscitur quia secundum Augustinum fruimur cognitis in quibus per se voluntas delectata conquiescit. Sed cognoscere non est essentiale animae sed potentiae. Ergo fruitio ad essentiam animae non perveniebat. Responsio. Dicendum quod fruitio in actu quodam consistit quo Deus videtur et amatur. Actus autem non est nisi rei subsistentis unde proprie loquendo neque potentia animae fruitur neque essentia sed ipsa anima ut per se subsistens. Sed tamen potentiae animae sunt principia operationum vitae sicut essentia animae est principium esse viventis et secundum hoc oportet dicere quod superior rationis obiectum est res aeterna qua fruendum est est principium fruitionis quo scilicet anima fruitur. Sed ad alias vires et animae essentiam fruitio pertinere vel pertingere non potest nisi per quandam redundantiam prout scilicet ex illa fruitione superioris rationis aliquis effectus in essentia animae et in potentiis inferioribus relinquitur. Et sic aliquo modo perveniebat fruitio ad essentiam animae Christi in passione et aliquo modo non. Si enim consideretur essentia animae prout est actus corporis sic fruitio ad eam non perveniebat alias corpus eius gloriosum factum fuisset. Similiter prout est ad essentiam ut radix est inferiorum virium quia sic fruitionis gaudium dolorem passionis qui erat in inferioribus viribus totaliter evacuasset. Perveniebat autem ad essentiam animae Christi secundum quod erat radix superioris rationis. Et quia essentia animae est simplex et tota in qualibet sua potentia ideo dicitur quod tota fruebatur in Christo istud scilicet est radix superioris rationis et tota patiebatur istud scilicet est actus corporis et radix inferiorum virium. Ad primum ergo dicendum quod non impeditur

perfectio rei nisi per hoc quod tollitur aliquid de essentialibus rei gloria aut corporis et inferiorum virium pertinet ad gaudium accidentale beatitudinis. Et ideo quamvis in Christo fruitio non pervenit ad essentiam anime secundum quod est actus corporis et secundum quod est radix inferiorum virium non tamen sequitur quod fruitio fuit imperfecta in Christo sive beatitudo. Ad 2m dicendum quod anima Christi perfectius fruebatur quam aliquis fruitorum in patria loquendo intensive non autem loquendo extensive quia in patria gaudium fruitionis ad inferiores vires et etiam ad corpus glorificatum pervenit quod si in Christo fuisset viator non fuisset etc. Questio

Deinde queritur de pluralitate in rebus spiritualibus inventa. Et circa hoc queruntur duo. Primo utrum immensitas divina excludat pluralitatem personarum. Secundo utrum angelica simplicitas patiatur compositionem ex subiecto et accidente etc. articulus primus

vi Ad primum sic proceditur videtur quod immensitas divina excludat pluralitatem personarum. Immensio enim immensio sit declaratio stat in uno. sed persona que est in divinis est immensa ergo persona secundum quod in divinis stabit in uno. Ita quod non erunt ibi plures persone. Si dicatur quod persone hoc modo in uno stant quod scilicet omnes sunt una essentia. Contra sicut essentia est immensa ita et persona. Si immensitas essentie facit quod sit una essentia tantum. Ergo immensitas persone facit quod sit una persona tantum. Si dicatur quod persona non est immensa nisi immensitate essentie. Contra persona secundum intellectum addit aliquid supra essentiam. Sed quidquid intelligitur in divinis intelligitur ut immensum. Ergo preter immensitatem essentie est in deo et immensitas persone que faciet in divinis unam tantum personam. Contra. Iohannis v. Tres sunt qui testimonium dant in celo. ergo divina immensitas personarum pluralitatem secum compatietur. Responsio. Dicendum quod immensitas non excludit pluralitatem nisi secundum quod tollit determinationem que est singularitatis principium. Sicut autem dictum est prius duplex est determinatio scilicet limitationis et distinctionis. In divinis autem ubi non cadit determinatio limitationis cadit autem ibi determinatio distinctionis. Et hec duo uno modo secundum quod relinquitur per formam ab omnibus creaturis sicut illimitatum a limitato. Alio modo secundum quod persona distinguitur a persona per relationem originis. Et tunc quamvis distinctio non est personarum ratione alicuius limitationis sed ratione oppositionis que est in relatione. Unde hac distinctione immensitas divina non excludit et per consequens nec pluralitatem personarum. Et per hoc patet responsio ad primum. Ad 2m dicendum quod quamvis persona sit immensa tamen immensitas eius est essentialis non personalis. Sicut persona est bona bonitate essentiali. Unde non oportet quod immensitas faciat distinctionem in personis sed solum esse nature. Ad 3m dicendum quod persona non dicitur aliquid secundum intellectum addere supra essentiam quasi intellectus debeat intelligere aliquid additum essentie. esset enim intellectus falsus. Sed quia intelligendo personam intelligit essentiam de necessitate. Sed non econverso. Unde obiectio non procedit. articulus secundus vij

Ad 2m sic proceditur videtur quod in angelis non sit compositio accidentis et subiecti. quia esse accidentis transit ab esse substantiali. ergo et compositio accidentis a compositione substantiali. Sed in angelis non est compositio substantialis quia sunt penitus simplices ut Dionysius

Dicit ergo nec compositio accidentis
contra boetium dicit libro de
trinitate quod forma simplex subiectum
esse non potest sed angeli sunt forme
simplices secundum dionisium ergo non
possunt esse subiectum accidentis. Sed contra
est quod augustinus dicit substantia ponit differentiam
a simplicitate divina prout scilicet est
in eis compositio accidentis et subiecti
Responsio dicendum quod sicut ex hoc susceptivum
est aliquid forme specialis ut accidentis
quia aliquid habet potentialitatem quia de racione
potentie est ut actui substernatur
que forma est. De angelis autem
diversi diversa senciunt. Quidam
enim dicunt quod sunt ex materia et forma
compositi. Alii dicunt quod sunt compositi
ex esse et quod est ut boetius dicit
et utroque modo oportet ponere
potentialitatem in angelo. De primo
enim modo patet. Ille patet etiam
de secundo quia quod non habet suum esse oportet
quod habeat esse receptum ab alio
quod est sibi causa essendi et ita
in se consideratum est in potentia ad
illud esse quod recepit ab alio
et hoc modo admixtam potentialitatem
ponere oportet in angelo quia
angelus non est suum esse. Hoc enim
solius dei. Et ita relinquitur
quod in angelis possit esse subiectum
accidentis forme. Ad primum ergo dicendum
quod specialis simplicitas in angelis
excludit compositionem materie et forme
Non autem compositionem ex esse et quod
est. quia compositionem ad minus accidentis
compositio in angelis presupponit
Et item non oportet quod si esse accidentis
causatur a speciali compositione
accidentis a compositore causetur
Omnia secundum aliquo modo simplex potest esse
accidentis ut dictum est. Ad secundum dicendum
quod boetius loquitur de illa forma
simplici que est actus purus
cui nichil potentialitatis admiscetur
et talis est solus deus. etc.

Articulus divisio

Deinde queritur de sacra-
mento altaris et circa
hoc queruntur tria. Primo
utrum corpus christi sit sub sua tota
quantitate continuatur sub speciebus quantitatis
panis. Secundo utrum in eodem instanti
sit ibi panis et corpus christi. Tercio
utrum deus possit facere quod albedo
et alie qualitates sint sine quantitate
sicut facit quod quantitas in sacramento
altaris est sine subiecto. Articulus 8 viij

Ad primum sic proceditur videtur
quod non possit totum corpus
christi sub illis speciebus panis
contineri. Non potest etiam per miraculum
fieri ut duo contradictoria sint simul
vera. ut augustinus dicit contra faustum. Hoc
autem sequeretur si totum corpus christi
esset sub illis speciebus. Si enim
est sub illis speciebus totum non est
maius illis speciebus. cum non ex-
cedat eas. Item secundum rei veritatem
est maius cum sit bicubitum vel amplius
Et sic erit eodem maius et non maius
ergo non potest etiam per miraculum
fieri quod sub illis speciebus conti-
neatur totum. Sed contra ubicumque est
pars alicuius corporis est et totum
corpus nisi corpus sit divisum
Sed corpus christi non est divisum
cum sit impassibile ergo cum aliquid
corporis christi sit sub illis speciebus
ut dicitur matthei xxvi[to] hoc
est corpus meum oportet quod sub
illis speciebus totum corpus christi
contineatur. Responsio dicendum quod sub illis
speciebus absque dubio continetur
totum corpus christi et tota quantitas
eius. Sed cum evidentia sciendum
est quod in sacramento altaris
dupliciter aliquid continetur. Uno modo ex vi
sacramenti. Alio modo ex naturali con-
comitancia. Verbi gratia sub speciebus panis
continetur et corpus et sanguis
christi. Sed corpus christi ex vi sacra-
menti sanguis ex concomitancia
naturali quia corpus christi non est sine
sanguine. Sub speciebus autem
vini est e converso. Illud autem quod continetur
sub sacramento ex vi sacramenti
quod est transubstanciatum. Et propter
hoc anima et divinitas non continentur
in sacramento ex vi sacramenti cum
panis et vinum in ea non convertatur

Q ex nali coconnitancia qua aia
inseparabilit' vnit' illi corpori
et diuinitas quantitati Cu at
ex pte panis sba desinat et qn
titas maneat cu reliquis
acnbg patet q directe transsba
cionis tmi e sba corpis xpi
Et sic ipa sba corpis xpi est
ibi ex vi sacramenti q' qntitas
ex nali coconnitancia Vn patz
q sba corpis xpi directe est
ordine ad dimensiones panis
remanentes Quantitas aut cor
poris xpi quasi ex qsequenti Ergo
aut est in ordine locati ad
locu qa sba locati ordinatur
ad locu mediantibg dimensionibg
suis Et inde e q oportz dim
ensiones locati commensurari
dimensionibg loci cotinentis Non
aut oportet dimensiones corpis
xpi commensurari dimensionibg
specierz Et ideo sub qntitatibg
paruis dimensionibg panis pt
esse totu corpus xpi Sicut to
tiua sba alicuius corpis
saluatur in qualibz pte illius
corpis Sed pm ergo dicm q no
sequitur ex hoc corpus xpi no
esse magis illis spebus quia
cotinetur sub eis qa no cotinetur
quasi commensuratur uel comme
suratu Vn no sequitur qdic
toria sit esse sa arls nona
ix Hoc tamen sic procedit videtur
q in eodem instanti sub spebg
illis sit sba panis et corpus
xpi Anticipatur enim vltim instans
in quo e panis et pm instans
in quo e corpus xpi Sicut go
sunt duo instancia aut vnu Sed
no duo qa inter q'bz duo instancia
sit tempus medium esset aliquod
tempus dare tempus mediu in quo
no e ibi nec corpus nec sba
panis Ergo oportet q sit vnu
instans et sic in eodem instanti ibi
e panis et corpus xpi Si dicatur
q no sit dare vltim instans in quo
e panis Contra esse panis mensuratur
quodam tempore sed mensura ppria

Equatur mensurato go in quolibz
instanti illius tempis e ibi panis
et sic in vltimo instanti Preterea sic
se hz tempus ad motu continuu
ita se hz instans ad mutacoz
instantaneaz Sed tempus includit
vtruqz tmi motus cotinui go
et vnu instans includit vtrumqz
tmi transsbacionis que e mutacio
instantanea Sius aut tmi sunt
panis et corpus xpi Ergo in eodem
instanti ibi e panis et corpus
xpi Preterea in qualibz mutacione
instantanea verum e dicere qd sit
et factum e qa in instanti no est
accipere prius et posterius Cu
ergo transsbacio sit mutacio insta
tanea sit verum e dicere q ibi sit
corpus xpi et factum e Sed corpus
xpi e de rebus pmanentibus
in quibus quod fit no e qd
factum e ergo corpus xpi simul
e et no e Sed qn no e ibi corpus
xpi e ibi sba panis ergo sit
in eodem instanti e ibi corpus
xpi et sba panis Sed cum due
forme sbales disparate no possunt
in eodem instanti eidem inesse Sed sba
panis et corpus xpi sunt huiusmodi
Ergo no possunt sic eidem inesse
et in eodem instanti Responsio dicendum
q nullo modo in eodem instanti e
ibi corpus xpi et sba panis
nec e assignare vltim instans
in quo e ibi panis Sed bene
vltim tempus quod continuatur ad
instans illud in quo primo est
ibi corpus xpi Sed tamen evi
dencia Sciendum q in rebus nalibg
mutacoe instantanee sunt tmi
motus successiui Cuius racio est
qa quecunque mutacoes fiunt
p tmus formam et pnacionez
Sicut generacio ignis ignem et
no ignem Inter formam autem
et pnacoz no pt esse aliquod
medium nisi p actus ipsius sez
illud quod priuatur forma magis
et magis appinquat ad formaz
racoe alterius disposicionis ad formaz
que intenditur et remittitur per
motu continuu Et ideo oportz preiste

Motu alteracionis qui terminatur ab
generacione Et sic alteracio inter duos
terminos unum sui generis scilicet ultimam
disposicionem que est necessaria ad formam
quia alteracio est motus in qualitate
et aliud alterius generis scilicet formam
substancialem Et eodem modo illuminacio
est terminus motus localis solis que
est mutacio instantanea media
existens inter formam lucis et
privacionem eius scilicet tenebras
Quilibet autem motus qui mensuratur
aliquo tempore oportet quod ultimus
terminus sit in ultimo instanti temporis
Unde cum forma substancialis sit terminus eciam
alteracionis oportet quod in
ultimo instanti illius temporis introdu-
catur forma substancialis corrupcio
autem et generacio simul sunt eadem
quia generacio est corrupcio alterius
Oportet ergo quod in ultimo instanti
illius corporis sit terminus corrupcionis
unius ut aeris Et terminus generacionis
alterius ut ignis Terminus autem
corrupcionis est non esse Ergo o-
portet quod in ultimo instanti illius
temporis sit primo non aer et primo ignis
sed ante ultimum instans alicuius
temporis non est accipere penultimum
quia inter quelibet duo instancia est tempus
medium secundum philosophum Et sic non est
accipere ultimum ultimum instans in quo
sit aer sed in toto tempore mensurante
motum alteracionis est aer et in ultimo
instanti est primo non aer et primo
ignis Et similiter transsubstanciacio est terminus
cuiusdam motus qui consistit in prola-
cione verborum Unde in ultimo instanti
temporis mensurantis illam prolacionem
est primo non panis et primo corpus
Christi Et sic non est dare ultimum instans
in quo est panis sed ultimum tempus
Inter tempus autem et instans non oportet
quod aliquod medium cadat sicut nec
inter lineam et punctum et sic non
oportet quod aliquid neque sit panis
neque corpus Christi et ita patet
solucio ad primum Ad secundum dicendum
quod punctum additum uel subtractum
linee non facit maius uel minus
et similiter est de instanti apposito
temporis uel subtracto ab eo Unde
cum panis in ultimo instanti temporis
mensurantis esse panis non sit panis
tamen non sequitur quod tempus illud sit
maius quam duracio esse panis et
quod mensura non adequatur mensu-
rato Ad tercium dicendum quod instans dicitur
mensurare mutacionem aliquam instan-
taneam inquantum mensurat terminum eius
ad quem quia terminus eius a quo con-
tingit in toto motu precedente
et ita mensuratur tempore mensurante
motum precedentem Unde tempus mensurat
motum racione utriusque termini et ideo
non est simile Ad quartum dicendum quod fieri
dicitur [illegible] uno modo fieri moveri
ad esse et sic illud quod generatur in
toto tempore alteracionis precedentis dicitur
fieri et sic loquitur philosophus de fieri
in 6to phisicorum ubi dicit quod omne
factum esse precedit fieri Et omne
fieri precedit factum esse et sic non
est verum quod cum aliquid fiat factum sit
Et sic verum est illud quod fit non
est Alio modo dicitur fieri res quando inducitur
forma et sic fieri non est moveri
sed terminari motum Unde sicut fit
motus terminatur et est ita fit aliquid
fit et factum est Et hoc modo illud
quod fit est quia terminus factionis est esse in
quo perficitur esse illud quod dicitur
hoc modo fieri etc. articulus 3us

Ad tercium sic proceditur videtur quod 3
deus non possit facere quod accidens
aliqua qualitas corporalis sit
sine quantitate quia quantitas est prima
disposicio corporis eo quod immediate
adheret substancie ut dicit boecius
et commentator 7o metaphysice Preterea primum
in quolibet genere est causa eorum que
sunt posterius ut dicitur in 2o metaphysice
Ergo a quantitate sunt omnia accidencia
alia que sunt disposiciones corporales
Ergo remota quantitate nulla
qualitas corporalis remanebit Preterea
qualitas spiritualis ut sciencia uel virtus
est nobilior quam qualitas corporalis
Sed qualitas spiritualis eciam ex miraculo
non posset absque subiecto ut videtur
ergo multo minus qualitas corporalis
posset esse sine subiecto ad minus quod est
quantitas Preterea magis est remotum
a natura qualitatis corporalis

Et sic anima sine subiecto quia quod sit
in subiecto spirituali. Anima est in subiecto
spirituali et qualitatis spiritualis que
est in puncto eodem cum qualitate cor-
porali. Dicendum esse animo sine subiecto
est res que est aliquid predicatum si
non posset miraculose fieri quod
qualitas corporalis esset in subiecto
spirituali ut albedo in angelo. Ergo
multo magis fieri potest quod qualitas
corporalis non habeat subiectum ad minus
quantitatem. Respondeo magis dependet
qualitas a substancia quam e converso. Sed deus
non posset facere aliquam substanciam creatam
absque omni accidenti quia ad minus
oportet quod creatura insit relacio
ad suum creatorem. Ergo multo
minus potest fieri quod qualitas sit absque
omni subiecto. Dicendum contra hoc quod hoc potest
fieri quod in sacramento altaris quantitas
sit sine substancia quia quantitas per naturam
a substancia differt. Dicendum similiter qualitas differt
per essenciam a quantitate ergo eadem
racione fieri posset ut qualitas
esset sine quantitate. Respondeo dicendum quod
divine potencie racione sue infinitatis
attribuendum est quicquid in se fieri non
sonat cum aliqua sint que non
creata non patitur ut fiant propter
aliquam repugnanciam quia importat
racione contradictionis implicite.
Et de talibus consueverunt aliqui
dicere quod deus potest ea facere quamvis
ipsa fieri non possunt. Ut ergo videas
utrum fieri possit a deo quod albedo
sit sine quantitate. Dicendum est quod in
albedine et in qualibet alia qualitate
corporali est duo considerare scilicet ipsam
naturam albedinis per quam speciem
sortitur et individuacionem eius per
quam est hec albedo [illegible] ab alia
albedine simili distincta. Posset
ergo fieri divino miraculo ut
natura albedinis subsisteret absque
omni quantitate. Sed illa albedo non
esset sicut hec albedo sensibilis
sed esset quedam forma intelligibilis
ad modum formarum separatarum
quas Plato posuit. Dicendum quod hec albe-
do sensibilis individuata esset sine quantitate
tunc fieri non possit. Quamvis fieri possit
quod quantitas individuata sit sine substancia
quia quantitas individuatur non solum
ex subiecto sicut alia accidencia sed eciam
ex situ qui est de racione quantitatis
dimensive que est quantitas posicionem
habens. Et ideo possibile est ymagi-
nari duas lineas separatas
eiusdem speciei immo diversas solum divisio-
ne situs. Alias linea non esset divisi-
bilis ex ipsa racione sui generis.
Non enim dividitur linea nisi in
lineas plures. Aut albedines
eiusdem speciei sine subiecto ymaginari
est impossibile. Et patet quod albedo non indi-
viduatur nisi ex subiecto. Et propter hoc
non posset esse individua nisi esset
in aliquo subiecto ad minus in quantitate.
Dicendum quod quantitas habet unde individuetur
eciam absque subiecto. Et ideo per mi-
raculum potest esse quod quantitas sine
subiecto sit sicut in corpore Christi. Ad primum
ergo dicendum quod albedo sine quantitate si
esset iam non esset corporalis qualitas
sed spiritualis ut ex dictis patet.
Ad secundum dicendum quod de qualitate spirituali
omnino idem dicendum videtur sed de qualitate
corporali est dictum. Ad tercium dicendum quod cum
substancia spiritualis quantitate careat non
potest fieri quod qualitas corporalis sit sine
substancia spirituali nisi per modum illum quo
potest esse sine quantitate ut dictum est.
Ad quartum dicendum quod ex hoc ipso quod substancia
creata comparatur ad deum consequitur
ipsam aliquis actus scilicet ipsa relacio
creatoris ad [illegible] alia similis
relacio. Unde sicut deus non potest facere
quod creatura non dependeat ab ipso
ita non possit facere quod esset absque
huiusmodi actibus. Posset autem facere
quod esset absque aliis actibus relacionis
aut non habet subiectum ex hoc quod comparatur
ad deum. Et ideo [illegible]
quod deus facere possit aliquod
accidens sine subiecto. Ad quintum patet
obiectum per [illegible] quod non est eadem racio
de quantitate et qualitate ut ex
dictis patet. Et per hoc patet responsio
ad obiecta. Divisio

Deinde queritur de corporibus dampnatorum. Et circa hoc queruntur tria. Primo utrum corpora dampnatorum sint incorruptibilia vel corruptibilia. Secundo utrum resurgent cum suis deformitatibus. Tercio utrum puniantur in inferno verme et fletu corporali. Articulus ii.

xi Ad primum sic proceditur. Videtur quod corpora dampnatorum non erunt incorruptibilia. Corpus enim non potest esse incorruptibile nisi vel per naturam ut corpus celeste, vel per graciam innocencie ut corpus hominis in primo statu, vel per gloriam ut corpus Christi in resurrectione. Sed nullum istorum competit corporibus dampnatorum. Ergo corpora dampnatorum non erunt incorruptibilia. Si dicatur quod erunt incorruptibilia ex decreto divine iusticie. Contra: culpe non debetur pena perpetua nisi secundum quod habet aliquid perpetuitatis. Sed perpetuitas culpe non est ex parte corporis sed ex parte voluntatis que elegit in peccato perpetuo manere. Ergo divina iusticia non requirit quod corpus eternaliter puniatur. Preterea corpus non punitur pro peccato anime nisi inquantum est organum anime operantis peccatum. Sed in aliquibus actibus anime potest esse peccatum mortale in quibus corpus non communicat, sicut patet in peccatis spiritualibus. Ergo si aliquis pro eis solum dampnificetur, corpori eius non debetur pena perpetua. Preterea sicut aliquis dampnatur propter peccatum transgressionis, ita dampnatur propter peccatum omissionis. Sed in omissione nichil cooperatur corpus. Ergo non debetur pena perpetua si propter peccatum omissionis aliquis dampnetur. Ergo divina iusticia non requirit corpora dampnatorum esse incorruptibilia. Sed contra: remota causa removetur et effectus. Sed post resurrectionem cessabit motus celi qui est causa corruptionis in corporibus. Ergo cessabit corruptio et sic corpora dampnatorum erunt incorruptibilia.

Responsio. Dicendum quod corpora dampnatorum erunt incorruptibilia quamvis sint passibilia. Incorruptionis autem eorum prima causa et principalis est divina iusticia que conservabit corpora dampnatorum in perpetuis penis. Sed causa naturalis et quasi ordinativa est quies motus celi, quo quiescente nulla actio vel passio poterit esse in corporibus pertinens ad transmutationem nature. Unde et corpora dampnatorum non patientur ab igne passione nature qua materia corporis transmutetur a natura sua, sed patientur passione anime sicut organum sensus a sensibili suscipiendo qualitates similitudine sensibilis. Ad primum ergo dicendum quod racio illa procedit ex insufficienti divisione. Est enim alia causa incorruptionis a tribus que tanguntur in obiectione, scilicet decretum divine iusticie. Quamvis posset dici aliquo modo quod eciam per naturam erunt incorruptibilia inquantum scilicet removebitur naturale corruptionis principium, scilicet motus celi. Ad secundum dicendum quod peccatum et racio culpe et perpetuitatis est ex anima, non autem ex corpore. Unde sicut corpus punitur pro peccato inquantum est instrumentum peccati, racionem culpe habet vel consequitur ab anima, ita perpetuo puniri debet inquantum est instrumentum peccati quod habet perpetuitatem ex voluntate. Ad tercium dicendum quod licet non est racio principalis quare punitur corpus pro peccato anime quia est instrumentum anime operantis peccatum, sed magis quia est pars essentialis hominis qui operatur. Proprie enim loquendo homo est qui peccat per animam, et ideo si puniretur anima tantum non puniretur ille qui peccavit, scilicet homo. Ad tercium dicendum quod aliquis actus sit hominis in vita presenti in quo corpus non communicat

Quia quamvis in actibus intellective
partis non communicet corpus sicut
instrumentum actus communicat tamen sicut
representans obiectum quia obiectum istius
est fantasma sicut color visus ut
dicitur in 3o de anima et fantasma
autem non est sine organo corporali
et sic patet quod etiam intellectus et
in aliis actibus anime utimur
corpore Ad 2m dicendum quod pro peccato
omissionis non dampnatur ali-
quis quia aliquid agat sed quia
obmittitur illud quod est debitum
fieri etc aut debitum fieri et
ab anima et a corpore ideo corpus
communicat actibus anime Et ita
eodem peccatum transgressionis et omi-
ssionis pertinet ad corpus et ad
animam etc Articulus 12

xii Ad 2m sic proceditur videtur
quod corpora dampnatorum
sine difformitatibus re-
surgent resurrectio enim sit divina
virtute que perfectissima est sed
virtutis perfecte est opera perfecta
et effectus perfectos ergo corpora
resurgentium erunt perfecta et
ita corpora dampnatorum resur-
gent sine difformitatibus
Sed contra supplere videtur quod
per que peccat quis per hec et tor-
quetur sed dampnati peccaverunt
et per corpora difformitatem
sentiant ergo resurgent cum
corpora cum difformitatibus
Responsio dicendum quod difformitas in
corpore potest esse duobus modis
uno ex defectu alicuius membri
et talis difformitas ut quidam
in corporibus dampnatorum
erit quia omnes resurgent
integri idest sine defectu
alicuius membri ut sic totum
corpus puniatur in reprobis
sicut premietur in electis Alio modo
potest esse difformitas vel defectus
corporis ex indebita proportione
partium sicut febris accidit ex indebita
proportione humorum Et sicut
gibbus accidit ex superflua abunda-
tia carnis in aliqua parte
et de tali difformitate vel
defectu est duplex opinio Quidam
enim attendentes dampnationem
reproborum ut nichil eis mali
deesset dixerunt quod talibus diff-
ormitatibus non carebunt Alii
attendentes virtutem resuscitantis
qui sicut naturam condidit in ope-
re creationis ita naturam in resur-
rectione reparabit dicunt quod
omnes defectus qui ex vitio nature
accidunt auctor nature remo-
vebit ut febrem et huiusmodi
Sed defectus qui ex prava volun-
tate processerunt in reprobis re-
manebunt sicut sunt macule
et reatus peccatorum Quid autem
horum verius sit Augustinus in Enche-
ridion sub dubio relinquit
Unde quamvis nulla debet esse questio
de pulcritudine illorum gloriosorum
est certa dampnatio [illegible] vis-
satile patet solutio ad obiecta etc

Ad 3m sic proceditur Articulus 13 xiii
videtur quod corpora dampnatorum
puniantur vermibus et fletu
corporis Iudith ultimo dicitur
dabit ignem et vermes in carnes
eorum Sed vermis spiritualis non
datur in carne sed magis in anima
ergo vermis quo reprobi
punientur non est tamen spiritualis sed
etiam corporalis Item Luce xiiimo
dicit quedam glosa quod per fletum
quem dominus reprobis comminatur
potest probari veritas corporum resurre-
ctionis quod non esset si fletus ille
esset tamen spiritualis ergo etc Sed contra
est quod vermis quo puniuntur re-
probi est immortalis Ysaye
ultimo vermis eorum non morietur
Sed nullum animal generatur ordine ad
immortalitatem nisi homo Ergo
vermis ille non est materialis
Preterea in fletu corporali sunt quedam

resolutio lacrimarum. Quia omne corpus finitum a quo aliquid continue resolvitur nisi fiat aliqua restauratio tandem totum consumitur et ergo in corporibus dampnatorum nulla restauratio fiat deperditi videtur quod fletus qui erit in eis perpetuus non erit malis. Responsio dicendum quod circa hoc augustinus libro xx° de civitate dei ponit diversas opiniones super dictis in pena malorum et de extinguibili igne et vivacissimo verme. Quia ab aliis atque aliis aliter atque aliter expositus est. Alii quidem utrumque ad animam retulerunt. Alii utrumque ad corpus. Alii ad corpus ignem ad animam proprie vermem quod esse credibilius videtur. In sequentes augustinum dicimus quod vermis ille erit spiritualis ut ipse remorsus conscientie interius animam corrodens vermis dicatur. Et sic fletus erit spiritualis ut ipse dolor fletus dicatur. Alio modo posset dici etiam corporalis fletus etiam sine lacrimarum emissione ut fletus dicatur non solum anime dolor sed dispositione qua corpus disponitur anima dolente. Ad primum ergo dicendum quod locutio illa propria est. Et possunt per carnes exponi anime impiorum qui carnales fuerunt. Ad 2um dicendum quod fletus carnalis non propter sine lacrimarum emissione sufficit ad veritatem resurrectionis confirmandum. Si tamen sustineretur quod vermis et fletus esset corporales posset dici quod divina virtute et vermis ille sustentaretur et lacrimarum deperditio restauraretur etc. ~~articulus ix~~

xiii Deinde queritur de sensibus sacre scripture et circa hoc queruntur tria. Primo utrum preter sensum litteralem verbis sacre scripture alii sensus lateant. Secundo de numero sensuum sacre scripture. Tercio utrum isti sensus inveniantur in aliis scripturis.

Ad primum sic. articulus ix. xiii

Procedit et videtur quod in verbis sacre scripture non lateant plures sensus. Quia dictionibus super scripta non est utendum equivoce quia multiplicitas et pluralitas sensuum facit multiplicitatem locutionis ergo in eadem locutione sacre scripture non sunt plures sensus latentes. Preterea sacra scriptura ordinata est ad intellectum. Unde psalmista declaratio sermonum tuorum dat intellectum. Sed multiplicitas sensuum obnubilat intellectum ergo non debet in sacra scriptura multi sensus esse. Preterea illud quod potest esse occasio erroris debet in sacra scriptura vitari. Sed ponere alios sensus preter litterales in sacra scriptura potest esse occasio erroris. Quia tunc quilibet posset exponere sacram scripturam sicut ipse vellet ad confirmationem sue opinionis. Ergo non debent esse plures sensus in sacra scriptura. Preterea augustinus dicit super genesim ad litteram quod maior est sacre scripture auctoritas quam omnis humani ingenii perspicacitas. Sed ille sensus qui non habet auctoritatem ad aliquid confirmandum non est conveniens sensus sacre scripture. Sed nullus sensus sacre scripture preter litteralem habet robur ad aliquid confirmandum ut patet per dionisium in epistola ad titum. Dicit enim quod simbolica theologia id est que ex sensibilibus procedit non est argumentativa. Ergo sacra scriptura alios sensus preter litterales non habet. Preterea quicumque sensus ex verbis alicuius scripture sumitur quem auctor non intendit non est sensus proprius. Sed auctor principalis scripture non potest intelligere nisi unum

Quia non convenit sic plura intelligere sensum in littera, ergo non possunt esse plures sensus sacre scripture. Contra est quod dicit Danielis 12º Pertransibunt plurimi et multiplex erit scientia. Item Jeronimus dicit in prologo biblie loquens de apocalipsi In verbis singulis multiplices latet intelligentie. Responsio. Dicendum quod sacra scriptura ad hoc divinitus est ordinata ut per eam nobis veritas manifestetur necessaria ad salutem. Manifestatio autem vel expressio alicuius veritatis potest fieri de aliquo rebus et verbis in quantum scilicet verba significant res et una res potest esse signum alterius. Auctor etiam rerum non solum potest verba accomodare ad aliquid significandum sed etiam res potest disponere in signum alterius. Et secundum hoc in sacra scriptura manifestatur veritas dupliciter. Uno modo secundum quod res significantur per verba et in hoc consistit sensus litteralis. Alio modo secundum quod res sunt signa aliarum rerum et in hoc consistit sensus spiritualis et sic sacre scripture plures sensus competunt. Ad primum ergo dicendum quod varietas sensuum quorum unus ab alio non procedit facit multiplicitatem locutionis. Sed sensus spiritualis semper fundatur super litteralem et procedit ex eo. Unde ex hoc quod sacra scriptura exponitur litteraliter et spiritualiter non est in ipsa aliqua multiplicitas. Ad secundum dicendum secundum quod augustinus dicit in libro de doctrina christiana utiliter est a deo dispositum ut veritas in sacra scriptura cum aliqua difficultate manifestetur. Est enim hoc utile ad tollendum fastidium quia ad ea que sunt difficilia maior consurgit attencio que tedium tollit. Item ex hoc tollitur superbiendi occasio dum hec difficulter veritate

sacre scripture capere potest. Item per hoc veritas fidei ab irrisione infidelium defenditur. Unde dominus dicit mathei 7 nolite sanctum dare canibus. Et dionisius thimotheum monebat ut sacra ab immundis incontaminata servaret. Et ita patet quod expedit veritatem fidei subdimissis sensibus in sacra scriptura tradi. Ad 3m dicendum quod sicut dicit augustinus in libro de doctrina christiana Nichil est quod occulte in aliquo loco sacre scripture tradatur quod non alibi manifeste exponatur. Unde spiritualis expositio semper debet habere firmamentum in litterali expositione sacre scripture. Et ita vitatur omnibus erroris occasio. Ad 4m dicendum quod non est propter defectum auctoritatis ex sensu spirituali non potest trahi efficax argumentum sed ex ipsa natura similitudinis in qua fundatur spiritualis sensus. Una enim res pluribus similis esse potest. Unde non potest ab ipsa re que in sacra scriptura ponitur procedi ad aliquam illarum determinate sed est fallacia consequentis. Verbi gratia leo potest aliquam similitudinem significare christum et diabolum. Unde per hoc quod aliquid de leone dicitur in sacra scriptura ad neutrum potest fieri processus in sacra scriptura arguendo. Ad quintum dicendum quod autor principalis sacre scripture est spiritus sanctus. Qui in uno verbo sacre scripture intellexit multo plura quam per expositores sacre scripture exponatur vel discernatur. Nec etiam est inconveniens quod homo qui fuit instrumentalis causa sacre scripture in uno verbo plura intelligat. Quarta perfecte ut Jeronimus dicit super. Ipse ita loquebatur de factis preteritis quod etiam videbant

futura significare Vn no e
possibile plura sil intelligere
istu vnu e signa alterius

Ad 2m sic Articulus

xv

Proceditur videtur q non
debeat distingwi .4or
sensus sacre scripture
scz historialis siue lralis alle
goricus moralis et anagogicus
Sicut enim in sacra scriptura
aliqua figuratiue dicuntur de xpo
sic ecia aliqua figuratiue dicuntur
de multis alijs hominibus sicut
danielis octauo per hircu caprarum
significatur rex grecorum Sed tales
figuratiue locutiones non faciunt
aliquem preter lralem in sacra
scriptura ergo nec sensus alle
goricus per quem exponuntur de
xpo ea que in figura eius pre
ferunt debet aliquis alius sensus
ab historiato poni Preterea vna
e sua capitis et membrorum Sed
sensus allegoricus videtur perti
nere ad capud ecclesie scz xpm
Sensus autem moralis videtur
ptinere ad menbra eius scz
fideles ergo sensus moralis
no debet ab allegorico dis
tingwi Preterea moralis sensus
e qui ad morum instructionem
ptinet Sed sacra scriptura in
pluribus locis sm lralez sensum
mores instruit ergo moralis
sensus no debet distingwi a
lrali Preterea sicut xpus e caput
ecclesie militantis ita e caput
triumphantis nec e alius et
alius xpus Ergo nec sensus
anagogicus per quem aliqua expo
nuntur de ecclesia triumphante
debet esse alius ab allegorico
quo aliqua exponuntur de xpo
et ecclesia militante Preterea
si isti 4or sensus essent de
naturae sacre scripture qualibet

pars sacre scripture deberet
habere 4or sensus huic Sed hoc e
falsum Vt enim aug9 dicit super
genesis ad lram in quibusdam sensus
lralis querendus e solus ergo
no sunt de natura expositionis
sacre scripture Sed contra e q aug9
dicit in principio super genesi
ad lram In omnibus libris sanctis
oportet intueri que ibi eterna
intimentur que ibi facta narrantur
q futura prenunciantur q agenda
precipiantur Primum autem ptinet ad
sensum anagogicum 2m ad histor
icum 3m ad allegoricum 4tum ad
moralem Ergo 4or sunt sensus
sacre scripture Preterea beda super
genesi in principio dicit 4or sunt sensus
sacre scripture historia que
res gestas loquitur Allegoria
in qua aliud ex alio intelligitur
Tropologia idest moralis locucio
in qua de moribus ordinandis
tractatur Anagogia per quam
de summis et celestibus tractatura
ad superiora deducitur Responsio dicendum
q distinctio istorum 4or sensuum
hoc modo accipi debet Sicut enim
dictum sacra scriptura veritatem quam
tradidit dupliciter manifestat scz per
verba et per rerum figuras Manife
statio autem que e per verba
facit sensum historicum siue
lralem Vnde illud ad sensum tantum
lralem ptinet q ex ipsa verborum
significatione recte accipitur Sed
sensus spiritualis ut dictum est
h consistit in hoc q quedam res
per figuram aliarum exprimuntur Et
quia visibilia solent esse figure
invisibilium vt dionisius dicit
Inde e q sensus iste qui ex
figuris accipitur spiritualis vocatur
Veritas autem quam sacra scriptura
per figuras rerum tradidit

Ad duo ordinatur scilicet ad recte
credendum et ad recte operandum
Si ad recte operandum sic est sensus
moralis alio nomine tropologicus
dicitur Si autem ad recte credendum
oportet distinguere secundum ordinem
credibilium Ut enim dyonisius
dicit libro de celesti ierar-
chie Status ecclesie militantis
medius est inter statum sinagoge
et statum ecclesie triumphantis
Vetus igitur testamentum signa
fuit novi Vetus sic et novum
signa sunt celestium Sensus autem
spiritualis sicut ordinatus est
ad recte credendum potest fundari
in illo modo significandi quo vetus
testamentum significat ecclesiam
militantem Et sic est sensus alle-
goricus vel tipicus secundum quem
ea que in veteri testamento con-
tingerunt exponuntur de christo et
ecclesia Vel potest fundari in illo
modo significandi quo novum simul
et vetus significat ecclesiam
triumphantem Et sic hic est sensus
anagogicus Sed secundum ergo hugonem
quod circulus et alia huiusmodi per que
alie persone a christo in scripturis
designantur non fuerunt res aliqua
sed similitudines ymaginarie ad hoc
solum ostense Unde illa persone
significaretur Unde illa signifi-
cacio qua per illas similitudines
persone ille a regina significatur
non pertinet nisi ad historiam
sensum Sed ad christum designandum
etiam illa que in rei veritate
contingunt ordinatur sicut umbra
ad veritatem Et ideo talis signi-
ficacio qua per huiusmodi res christus
et eius membra significatur facit
alium sensum preter historiam scilicet alle-
goricum. Si aliquibi vero invenitur
quod christus significatur per huiusmodi
ymaginarias similitudinarias
talis significacio non excedit
sensum litteralem sicut christus significatur
per lapidem qui est excisus de
monte sine manibus danielis
secundo Sed secundum hugonem quod sensus alle-
goricus non pertinet ad christum
solum racione capitis Sed etiam
racione membrorum sicut quod
per duodecim lapides electos
de iordane ut dicitur Josue
quarto significantur scilicet apostoli
Sed moralis sensus pertinet ad
membra christi quantum ad proprios con-
actus et non secundum quod considerantur
ut membra Sed secundum hugonem quod mora-
lis sensus non dicitur omnis sensus
per quem mores instruuntur Sed per que
morum instructi sunt ex similitu-
dine aliquarum rerum gestarum
Sic enim moralis sensus est pars
sensus spiritualis quod apparet quia numquam
est idem sensus moralis et litteralis
Sed secundum hugonem quod sic sensus alle-
goricus pertinet ad christum secundum
quod est caput ecclesie militantis
iustificantis eam et gratiam infundens
Ita et sensus anagogicus pertinet
ad eum secundum quod est caput ecclesie
triumphantis glorificans eam Sed
contra secundum quod hoc isti sensus non
attribuuntur sacre scripture
ita ut in qualibet eius parte
sit istis quatuor sensibus exponenda
Sed quandoque istis quatuor quandoque tribus
quandoque duobus quandoque uno tantum In
sacra enim scriptura preterite ex
prioribus posteriora significantur
Et ideo quandoque in sacra scriptura
secundum litteralem dicitur aliquid de priori
quod potest spiritualiter exponi de posteriori
Sed non convertitur Inter omnia autem
que in sacra scriptura narrantur
prima sunt illa que ad vetus testa-
mentum pertinent Et ideo ea que
secundum sensum litteralem ad facta veteris

testamenti spectat possunt predictis
sensibus exponi. Illa vero que sunt
illa que pertinent ad statum presentis ecclesie
in quibus illa sunt prius quam ad
caput pertinent vel eorum que
pertinent ad membra quia ipsum corpus
verum Christi et ea que in ipso gesta
sunt sunt figura corporis Christi mi-
stici et eorum que in ipso geruntur
sicut in Christo exemplum vivendi
sumere debeamus. In Christo eciam
futura gloria nobis premonstrata
est. Videlicet ea que ad litteram de ipso
capite Christo dicuntur possunt exponi et
allegorice referendo ad corpus
Christi misticum. Et moraliter referendo
ad actus nostros qui secundum ipsum debent
informari. Et anagogice scilicet in ipso
Christo est nobis iter glorie demonstratum.
Que vero secundum litteralem sensum dicuntur
aliquid de ecclesia non possunt exponi al-
legorice nisi ea forte que dicuntur
de primitiva ecclesia exponantur quantum
ad futurum statum ecclesie presentis.
possunt tamen exponi moraliter et ana-
gogice. Ea vero que moraliter
dicuntur secundum sensum litteralem non consueve-
runt nisi allegorice exponi.
Illa vero que secundum sensum litteralem
pertinent ad statum glorie nullo
alio sensu consueverunt exponi
eo quod ista non sunt figura aliorum
sed ab omnibus aliis figurata sunt.

xvi Ad tercium sic **Articulus**
procedit. videtur quod in aliis
scripturis possunt sensus
distingui debeat sensus enim
spirituales in sacra scriptura acci-
piuntur ex quibusdam similitudinibus
que in aliis scienciis reperiuntur eciam
ex quibusdam similitudinibus ergo
et scriptis aliarum scienciarum possunt
plures inveniri. Preterea poeti-
ce artis est veritatem rerum
quibusdam similitudinibus fictis
designari ergo videtur quod eciam
ex dictis poetarum sensus spirituales
inveniantur ergo non solum in sacra scriptura

Preterea plus dicit qui dicit unum
quodammodo multa dicat ergo videtur
quod in aliis scientiis in uno sensu possunt
designari plures et sic non solum sa-
cra scriptura hos sensus spirituales
habet. Sed contra est quod dicit Gregorius
xx° moralium super Iob. Sacra scrip-
tura omnes scientias atque doctrinas
ipso eciam locucionis sue more
transcendit. Quia uno eodemque sermone
dum narrat gestum prodit misterium.
Responsio dicendum quod spiritualis sensus sacre
scripture accipitur ex hoc quod res
cursu suo peragentes significant
aliquid aliud quod per spiritualem
sensum accipimus. Sic autem ordinantur
res in cursu suo ut ex eis talis
significacio possit accipi. Ut eius
solius qui sua providencia res
gubernat qui solus deus est.
Sicut enim homo potest adhibere ad aliquid
significandum aliquas voces
vel aliquas similitudines fictas
ita deus adhibet ad significacionem
aliquorum ipsum cursum rerum sue pro-
videncie subiectarum. Significare
autem aliquid per verba vel similitudines
fictas tamen ad significandum ordi-
natas non facit nisi sensum litteralem
ut ex dictis patet. Unde in nulla sciencia
humana industria inventa proprie loquendo
potest inveniri nisi litteralis sensus
sed solum in ista scriptura cuius
spiritus sanctus est auctor homo vero in-
strumentum est. Secundum illud psalmiste
Lingua mea calamus scribe etc.
Ad primum ergo dicendum quod in aliis scienciis
procedit ex similitudinibus argumento
non autem quedam una res significatur
significetur eciam alia res. Ad
2m dicendum quod fictiones poetice non
sunt ad aliud ordinate nisi ad
significandum. Unde talis significacio
non supergreditur modum litteralis
sensus. Ad 3m dicendum quod qui dicit
unum quodammodo dicit multa se-
cundum potenciam sicut conclusiones sunt potencia
in principiis. Ex uno enim principio multe
conclusiones sequuntur. Non quod in aliis
scienciis per modum significacionis quod dicit de una re

Simul de aliis intelligatur ut sequitur. Licet inde trahi possit per argumentationem.

Divisio

Questio est de opere manuali. Circa quod duo queruntur. Primo utrum operari manibus sit in precepto. Secundo utrum ab hoc precepto excusentur illi qui spiritualibus operibus vacant etc.

Articulus primus

xvii Ad primum sic proceditur. Videtur quod operari manibus sit in precepto. Prima ad thessalonicenses 3o Si quis non vult operari non manducet. Audivimus enim etc. Glosa quod ideo precipio quia audivimus igitur etc. Preterea augustinus in libro de opere monachorum dicit audiat igitur quibus hoc preceptum qui non habent contra potestatem. Preterea nullus debet excommunicari ut iura dicunt nisi pro mortali peccato. Sed nullus peccat mortaliter nisi contra preceptum faciens. Cum ergo ille qui cessat ab opere manuali inde possit excommunicari ut patet per illud quod dicitur secunda ad thessalonicenses 3o Si quis non obedierit verbo nostro per epistolam hunc notate et ne commisceamini cum illo ut confundatur. Ex hoc videtur quod operari manibus sit in precepto. Preterea ille qui peccat tenetur penam debitam pro peccato subire ex necessitate precepti. Sed omnes in adam peccaverunt ad romanos 5to. Pena autem peccati ade est labor manualis. Genesis 3o In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ergo cuilibet est preceptum manibus laborare. Preterea ad ephesios 4to dicitur Qui furabatur iam non furetur magis autem laboret operando manibus suis. Glosa laborat operando non solum per sermones sed etiam manibus suis. Illud autem quod ad omnes pertinet est preceptum et non consilium ergo etc. Preterea labor manualis necessarius est ad sustentationem vite corporalis sicut actus virtutum sunt necessarii ad sustentationem vite spiritualis.

Sed actus virtutum sunt in precepto ergo et laborare manibus. Preterea illud ad quod sequitur peccatum mortale non potest sine peccato mortali fieri. Sed ad non laborare sequitur non manducare quod quidem est peccatum mortale. Secunda ad thessalonicenses 3o Qui non operatur non manducet. Ergo non operari manibus est peccatum mortale. Ergo eius oppositum est in precepto. Sed contra non est contrarium precepto nec consilio preceptum dei vel consilium dei. Sed deus ut precipiendo vel consulendo dicit Matthei 6to Nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis. Sed contrariatur labor manuum quia qui laborant manibus solliciti sunt de necessariis corporis. Ergo labor manuum non est in precepto. Preterea lex vetus quantum ad precepta moralia sufficienter continebat ea que necessaria sunt ad salutem. Unde dominus dicit Matthei decimo nono Si vis ad vitam ingredi serva mandata. Et loquitur de mandatis decalogi. Unde subdit Non homicidium facies non furaberis etc. Sed in preceptis veteris legis nihil continetur de labore manuum. Ergo labor manuum non est in precepto. Preterea ad precepta servanda omnes tenentur. Sed ad laborem manuum non omnes tenentur. Alias qui sunt divites et manibus non laborarent mortaliter peccarent. Ergo labor manuum non est in precepto. Preterea ad precepta non magis tenentur religiosi quam seculares. Sed ad laborandum manibus videtur magis teneri religiosi quam seculares. Unde augustinus in libro de operibus monachorum monachos reprehendit qui non laborant manibus non autem alios ergo etc. Preterea usus liberalium artium nobilior est quam mechanicarum que in opere manuali consistit. Sed usus liberalium artium non est in precepto. Ergo multo minus labor manuum est in precepto. Responsio dicendum quod indictum

De qualib; pe e sumedu sm
fine ad que ordinat labor
aut manuu ad tria utilis ee
videt. Primo ad ociu tollendu
Unde ieronimus ad rusticu mona-
chu. Semper aliqd facito ut te
diabolus inveniat occupatu
Et q intelligat de ope manuali
patet per illud qd subiungit
Vel fiscellam texe iunco Et
postea subdit Carnis desiderijs e
ois ociosus Scdo ad corpus
domandu Unde pa ad corinthi-
os sexto alijs carnis macera-
cionibus coniungit. ubi dr In la-
boribus in operu qa manibus
suis operabantur Et subiungit
In vigilijs et ieiunijs etc Tercio
ordinat ad querendu victu et
amictu actuu xxvj to Ad ea
que michi opus erat et hijs
qui mecu erant ministraverunt
manus mee Si ergo gsidet
labor manuu scdm q ordinat
ad tollendu ociu vel corpus
domandu sic idem iudiciu e
de labore manuu et de alijs
exercicijs ad eadem ordinatis
Non em e i precepto q tollat
ociu tali uel tali occupacione
Si sufficit ad ociu tollendu
quecunq licita occupacione ab
ocio quis desistat Et sic occu-
pacio laboris manuu no e
i precepto gsiderato hoc fine Et
silis e racio de labore manuu
scdm q ordinat ad corpus do-
mandu qa multis exercicijs
corpus domari pt sicut vigilijs
ieiunijs et multis alijs hoi
Unde illu eoz tertiu ordinat
ad finem fine e in precepto in
spali sed solis i gnali sit i precepto
corpus domare qlicunq exer-
cicio quo mortifere concupiscencie
reprimat Sm aut q ordinat
ad victu et amictu querendu
sic videt esse i precepto Unde
dicit pa ad thessalonicenses sto
Operami manibus vris sicut

precepimus vobis Nec solu est in
precepto iuris positivi sed eciam
iuris naturalis Illa em sunt de
lege nali ad que hō ex suis
nalibus inclinat Hic aut ex ipa
disposicione corporis patet q hō
naliter ordinat sic ad opus
manuale ppt q dr iob v to
homo ad laborem nascitur et
avis ad volandu Cu em
alijs quibus natura sufficienter
pvideat in hijs que ad suste-
tacionem sue vite ptinent
i cibis in armis et tegumentis
homi in hijs no pvidit Quia
ipe e pditus racione per qua
sibi pvidet in omnibus sup-
dictis Unde dedit sibi loco omi
pdictoz manus convenientes
ad diusa opa quibus correspondet
racionibus diusis artificijs ade-
quat ut dr primo de aialibus
Sciendu tn est q 2x e preceptu
legis nature quoddam quidem or-
dinat ad tollendu defectu
unius singularis psone Et hoc
uel e spuale sicut de actibus
virtutu uel corpale sic preceptu
qd dns dedit homi genesis po
De omi ligno q e e paradiso
comedetis Aliud vo e qd ordi-
nat ad tollendu defectu tocius
spei sic hoc qd dr genesis primo
Crescite et multiplicamini et re-
plete terram In hoc em pcipit
actus generacionis quo natura sal-
vat et multiplicat hoc aut
int e int hec duo genera precep-
toz q pmu preceptu legis nature
quibus tenet singulatim obligat
Ad 2m preceptu no tenent qlibet
singulariter in hijs em que ptinet
ad spem omnes hoies comparati
sunt quasi unus hō pricipaliter
cum spei plures hoies sunt unus
homo ut dicit porphirius Sicut aut
hō unus hz diusa membra quibus
occupat in diusis officijs ordi-
nata ad tollendu huius defectum
que no pnt oia per unu membru

Exerceri sicut oculus videt totu
corpus et pes totu corpus portat
ita oportet esse in hijs que ad
totam speciem ptinet non enim suffi-
ceret vnus homo ad exercendu
ea quibus humana societas in-
diget Et ideo diuersis officijs
oportet occupari diuersos vt dicitur
ad romanos 12mo sicut in vno
corpore multa membra habemus
Hec autem diuersificacio homi in
diuersis officijs contingit primo ex
diuina prouidencia que ita homi
status distribuit vt nichil vn-
quam deesse inueniatur de necessarijs ad
vitam Secundo ex causis naturalibus ex
quibus contingit quod diuersis hominibus
insunt diuerse diuerse inclinaciones ad
diuersa officia et ad diuersos modos
viuendi Tercia ergo labore manuum
aliquis potest subuenire et proprio defe-
ctui et alieno cum non possit idem
homo in omnibus sibi sufficere sed in-
diget alieno auxilio patet quod
preceptum de labore manuum quod-
modo sub vtroque genere preceptorum
predictorum continetur Inquantum enim
labore manuum vnus subuenitur
necessitatibus aliorum Sic pertinet ad se-
cundum naturale preceptorum pertinet
Inquantum autem aliquis per hoc suis
necessitatibus subuenit pertinet ad pri-
mum Sicut preceptum de comedere
hoc preceptum autem quod ordinatur
ad tollendum defectum corporalem
non obligat nisi defectu existente
Vnde si esset aliquis qui posset viuere
sine cibo non obligaretur precepto
de comedendo Sic ergo preceptum
de labore manuum non obligat
aliquem simpliciter sed quod ordinatur
ad tollendum defectum quem aliquo
necesse sit quod ordinatur ad tollendum
defectum proprium nisi defectu existente
Vnde ille qui aliter vnde licite vi-
uere posset non tenetur manibus
operari Qui autem non habet vnde
alius viuet vel ut aliquo licito
negotio victum acquirat tenetur
manibus laborare Et hoc patet
per apostolum in 3bus locis

Vbi de manuum operacione preceptum
dat prima ad corinthios 4to vbi
excludendo furtum subiungit ma-
nuum operacione qui furabatur iam
non furetur magis autem laboret
manibus suis Secundo pa ad
tessalonicenses 4to vbi precepit
labore manuum prohibens concu-
piscencia rerum alienarum Operami-
nimi inquit manibus vestris
sicut precepimus vobis vt honeste
ambuletis ad eos qui foris
sunt et nullius aliquid desideretis
Tercio pa ad tessalonicenses 2o
vbi precepit operacionem manuum prohi-
bens turpia negocia quibus
aliqui victum querebat Audiuimus
inquit inter vos quosdam ambu-
lare inquiete nichil operantes
sed curiose agentes Glosa Qui
scilicet circa sibi necessaria prouident
Et subiungit Hijs autem qui huiusmodi
sunt denunciamus et obsecramus
in domino ihesu christo vt cum silencio
operantes panem suum manducent
Sciendum etiam est quod sicut visus
est prior inter alios sensus vocatur
enim omnes alii sensus nomine
visus sortiuntur vt augustinus dicit Ita
manus quia ad plurima necessaria est
apte esse dicitur organum organorum
3o de anima Et ideo per operacionem
manualem intelligitur non solum quod
manibus fit sed quodcumque corporali
exercicio et breuiter per quemcumque offi-
cium homo agit de quo licite
possit victum acquirere sub labore
manuum comprehenditur Non enim videtur
racionale quod magistri arcium mecha-
nicarum possint viuere de arte sua
et magistri liberalium arcium non
possint viuere de arte sua Sic
et advocati possint viuere de arte
sua in patrocinio quod prestant
in causis Et sic est de omnibus
alijs licitis occupacionibus
Tercia ergo preceptum sed non deficit
obligat Ideo ad vtrasque raciones
respondendum est Ad primum tamen
ergo et ad 2m patet solucio ex
dictis quia quidam labore manuum

Esse in precepto non tamen ad hoc omnes
sunt obligati. Ad 2m dicendum quod sicut
ex dictis patet apostolus loquitur in
casu quo pretermisso labore manuum
de fedis negocijs sibi victum quere-
rit in quo casu obligabatur ad
preceptum servandum. Et ideo digni
erat excommunicari. Ad 3m dicendum
quod illa domini verba magis sunt denun-
ciantis pena que prepter
satisfactionem vnde promisit maledicta
terra in opere tuo et sic mulieri
dixit in dolore paries filios
tuos. Et ideo non sequitur quod ad labo-
randum quilibet homo teneatur ex
ui ta te precepti alias sequeretur quod
quilibet teneretur ad agriculturam
de qua deus ibi facit mencionem.
Ad 4tum dicendum quod vita spiritualis a
nullo potest conservari nisi per actus
virtutum. Et ideo quilibet obligatur
ad observanda precepta que sunt
de actibus virtutum. Sed vita corporalis
a multis potest conservari sine hoc
quod manibus operetur. Et ideo non sit
quantum in precepto non tamen quibus ad
observacionem eius tenetur. Ad 5tum
dicendum quod non manducare non est pecca-
mortale nisi quando sine manducacione
vita conservari non potest. tunc enim
aliquis non manducando seipsum
occideret. Et sic non oportet quod aliquis
peccet non laborando manibus
nisi quando alias vita conservare
non posset nisi illicitis curis.
Et ideo tamen illicite cure sunt
omnibus modis fugiendi. sub eadem
distinctione posuit apostolus non
manducare et non operari quibus
dicit si quis non vult operari non man-
ducet. Solutiones argumentorum in
contrarium. Ad primum autem eorum que
in contrarium obiciuntur dicendum quod non prohibet
deus apostolus omnem sollicitudinem
sed de hijs que pertinent ad victum
corporis. Alias christus loculos non
habuisset. Sed prohibet sollicitu-
dinem superfluam qua mens
dur suffocatur. Unde ut in rebus
temporalibus finem ponat recte opa-
cionis. et hoc deus prohibet

Unde augustinus dicit in libro de operibus
monachorum exponens illud Nolite
solliciti esse etc. Non ut ista non
procuret quantum necesse est eis uti sufficit
quod honeste potuerit. Sed ut ista non
non intueatur et propter ista faciat quicquid
in predicacione evangelii facere iubetur.
Et habetur in glosa super ad thessalo-
nicenses 2o dicendo sufficatur mens
preterita sollicitudine quando fiducia
de deo amittit. Et hoc dominus
prohibere intendit. Unde dicit glosa
super illud mathei 6o hoc exemplo
non prohibet providencia et laborem
sed de ambobus et delijs sollici-
tudinem ut tota fiducia nostra
sit in deo per quem et aves sine
cura vivunt. Ad 2m dicendum quod non
omnia que sunt in precepto continentur
explicite in preceptis decalogi.
Sed ad ea possunt reduci quia implicite
in eis continentur et sic preceptum
de labore manuum per quem vita
corporalis conservatur reducitur
ad hoc preceptum Non occidas. sicut
eciam preceptum de manducando.
Item ad hoc preceptum non furtum fa-
cias quo omne illicitum lucrum
quod per laborem manuum evitatur
prohibetur. Ad 3m dicendum quod in quolibet
precepto duo sunt consideranda
scilicet finis precepti et possibilitas
observandi quia omnia precepta cuiuslibet
legis sunt ordinata ad aliquod bonum
conferendum vel malum tollendum.
Nec aliquid ipse legis homini ordinate
precipi potest. Unde dicit ieronimus
Dum dicit deum aliquid precepisse
impossibile anatema sit. Si ergo sit
hec precepti quod illo modo reddi
posset esset impossibile ad observandum
et sine eo finis intentus legis
non posset obligacio illius precepti
stare manet. Sicut est in preceptis de
actibus virtutum quia ad nunquam actus
interiores esse sunt in hominis potestate
et sine eis vita spiritualis conser-
vari non potest ut dictum est. Quibus
ergo modis preceptum de operacione manuum

Ab obligatione amittit unus quam
aliquis redditur impotens ad la-
borandum propter corporis imbecillitatem
Alio modo quia sine temporis precepti scilicet
conservatorum corporalis vite conseq
potest sine labore manuum ut
ex dictis patet. Sed Ubertinus dicit quod ad
laborem manuum preceptum loquendo
equaliter religiosi et seculares
tenentur primo ex verbis apostoli secunda
ad thessalonicenses 3° ubi post
de opere manuum preceptum dicit
Subtrahatis vos ab omni fratre
ambulante inordinate et cetera Fratres
eum omnes christianos vocat. Secundo
eum tunc temporis alii religiosi derivati
erant. Secundo patet ex hoc quod religi-
osi non tenentur ad alia quam se-
culares nisi ad ea quibus se ex
voto obligaverint. Sed per actus
contingit quod hoc preceptum magis
tangit religiosos quam alios.
Et hoc 2 modo quia religiosi
in paupertate vivunt. Uno seculares et
eis accidere quod non habeant unde
vivant quam secularibus Tercio
ex statuto regule in aliquibus
religionibus ut dicit ieronimus in
epistola ad rusticum monachum Egi-
ptiorum monasteria hunc tenent
morem ut nullum absque opere
et labore suscipiant. Non tamen
propter victus necessaria quam propter anime
salutem Ne mens vagetur perni-
ciosis cogitationibus sicut etiam
ad vigilias et alia quibus do-
matur corpus tenentur quamvis
religiosi ex statutis suis ad que
seculares non tenentur Sed Ubertinus
dicit quod generalis usus liberalium
artium sit nobilior Non tamen cetera
necessaria ad vitam corporis sustentandam
propterea sub operatione manuum non
comprehenduntur sicut ex dictis patet

xviij

Secundum si fratres Iterum ut
A precedit videtur quod illi
qui spiritualibus operibus
vacant non excusentur a
labore manuum prima ad thessalonicenses 3°

Super illud Si quis non vult operari
non manducet dicit glosa augustinus
quidam dicunt de operibus spiritualibus
hoc apostolum precepisse Et postea sub-
dit Superflue conantur et sibi et
ceteris caligine obducere ut
quod utiliter caritas monet non solum
facere nolunt Sed nec intelligere
Et ita videtur quod per spiritualia opera
a labore manuum non excusentur
Preterea inter omnia opera maxime spiritua-
lia sunt oratio lectio et predicatio
Sed per ista opera non excusantur ali-
qui a labore manuali ergo
Explicatur. Augustinus dicit in
libro de operibus monachorum Quid
agat qui operari corporaliter nolunt. Scio
desideriis et cui rei vacant. orationibus in-
quiunt et psalmis et verbo dei Et postea
subdit Sed ab istis ammonendi non sumus
nec manducandum est nec esse parande
Sed aut ad ista varie sermones dei
certis intervallis temporum in-
firmitatis necessitas cogit
tur etiam non preceptis aposto-
licis observandis aliquot partes
temporum deputamus Et postea
ad orationes dicit Citius exauditur
una obedientis oratio quam decem milia
contemptoris. Cantica vero ad psallentes solet
cantica divina cantare etiam manibus operantes facile possunt
et ipsum laborem tamquam divino celeumate consolari
Quantum vero ad legentes subdit Cum
autem debet se lectioni vacare nonne
illic inveniet quod precepit apostolus
Quae est ista perversitas lectioni
velle obtemperare dum nolunt
ei vacare quid enim nesciat tanto
citius queque perficere tunc bona
legit quanto citius facit quod legit
Quantum vero ad predicantes subiungit
Si autem alicui sermo erogandus
est et ita se occupat ut manibus
operari non valet Non quid hic
omnes non possunt in monasterio veni-
entibus ad se ut divinas lectiones
exponere et de aliquibus disputa-
tionibus salubriter disputare
seu vacare Cum ergo non omnes
possunt cur sub hoc obtentu omnes
vacare nolunt. quamquam etsi omnes
possent vicissitudine facere deberent

Et no solu ut ceteri a uiciis
actibus sed q̄a sufficit ut ptibus
aiād cetibus vix loq̄uatur Item contra
clericii maxie opibus spualibus
occupatos sed ipi tenentur ad
laborē manuū ergo ic pbatio
medie distictione 91 clericus
pa dicit Clericus victu aut
vestitu a artificio a agricultura
absqz sui officii dūtaxat detri
mento reparet Item i alio
capitulo Clericus q̄ vbo dei
eruditus ē artificio victum
querat Item omnes clerici qui ad
operandū validi sūt ad artificia
et lras discant Item contra religi
osi qui oia relinquerunt maxie
opibus spualibus vacat Sed tales
tenentur ad labores manuū ergo
ic pbatio medie luce 12mo
Vendite q̄ possidetis glosa no
tm cibos vros comedite pauperi
bus Sed etiā vendite possessiones
vras ut omnibus vris simul
p deo spretis postea laborē
manuū operemini ut viuatis et
elemosinā faciatis Item contra decretu
xxiij q. dicit Q. ille est
hereticus qui facit contra statutu
ecclesie romane Sed illi qui
mendicant no laborantes faci
unt contra statutu calixti pape
xxiij ma Et pñura videntes sum̄i
sacerdotes ec Ubi dicitur alig
statuit q̄ int eos qui comūni
vita age volunt nullus egens
inueniatur ergo religiosi contra
opa spualia no excusātur
a labore manuū maximo si nec
dicant sūt sictici Item contra illi
qui expount se piculo mortis
peccat quasi temptās deu
Sicut si aliqs videt vrsu ve
nientē in furia et deponet
arma quibus posset se defende
temptaret deu Sed ille q̄ relin
quit oia et no laborat madiq
abiicit a se necc̄ia victus qbus
resistitur consūpcioni que fit in
corpe p calorem naturale

Ergo talis peccat quasi teptās
deu Item contra ad thessalonicenses 2o dicit
aplus Imitatores mei estote
fres Sed ipe quāuis pdicaret et
opibus spualibus vacaret nihil
omiq opere manuū victu querebat
2a ad thessa 3o Ipi scitis que
admodū vos oportat imitari
quia no inquiete fuimus apd vos
neqz gratis panē manducauimus
ab aliquo Sed in labore et
fatigatione nocte et die opan
tes hec que vicinq̄ ḡuaremq Ergo
ec Item contra genesis xxvijo super
illud Confirmatus ē ager
ec dicit glosa Et pfectos
pdicatores amaz suis abscondit
sub lectione bone operationis et
contemplationis recipiunc et ita
illi qui opibus spualibus insistunt
p contemplationem debet etiā opibus
exterioribus vacare p actionem
et sic opa spualia no excusat
a labore manuū Sed contra luce
nono Sine ut mortui sepeliant
mortuos suos docet glosa dicens
docet minora bona p maioribus
esse dimittenda Sed opa spualia
sūt maiora bona quā opera
manualia Ergo hec debet hec
permittere ppter illa Item contra opera
pietatis sūt potiora quā ex
ercicia carnalia 2a ad thimo
teo Corporalis exercitatio ad
modicū vtilis ē pietas aūt
ad oia valet Sed opa misericor
die et pietatis sūt dimitte
da ut vacetur pdicationi actiue
ito Non ē equū nos relinquere
vbu dei et vacare mense ec luce
nono Sine mortuos sepelire
mortuos suos tu aūt vade
et annuncia regnū dei ergo
multo fortius ppter pdicationem
et alia opa spualia est dimi
ttendū opus manuale et alia
que ad exercitationem corporalem
ptinet Item contra 2a ad thimo 2o
Nemo militans deo implicat
se negociis secularibus

Dicit glosa illa sunt secularia
negotia quibus aliquis occupatur
colligendo pecunie cure Sed qui
operantur manibus habent curam de
colligenda pecunia ergo implicantur
negociis secularibus Et ita illi
qui militant deo in spiritualibus quibus
non debent operibus manualibus
occupari Resolucio dubitationis huius
huius questionis apparet ex hiis
que in superiori questione
sunt dicta Dictum est enim supra
quod illi tantum obligantur ad observa-
tionem huius precepti scilicet de opere
manuum qui non habent alias unde
licite vivere possunt Et ideo qui
spiritualia opera exercent et habent
alias licite vivere quam de labore
manuum non tenentur manibus
laborare Unde distinguendum
videtur de operibus spiritualibus
Sunt enim quedam bona spiritualia
que in bonum commune cedunt Quedam
vero ad singularem profectum facientis
pertinent Eis autem qui in spiritualibus
operibus occupantur ad utilitates
que pertinent ad bonum commune debet provideri
ab hiis quorum utilitati deser-
viunt quod patet per auctoritatem
prima ad corinthios nono Si nos
vobis spiritualia seminavimus non
est magnum si carnalia vestra me-
tamus Hoc etiam patet per racionem
Cum utilitas spiritualis prefertur
corporali Eis autem qui utilitati
communi deserviunt in temporalibus
debetur sustentacio ex aliorum
labore quorum utilitati communi
deserviunt sicut patet de mi-
litibus qui pro pace reipublice
militant Unde prima ad corinthi-
os nono Quis militat suis
stipendiis unquam Unde
multo magis qui in spiritualibus
bonum commune promovent in tali
ministerio sustentari habent et sic
non tenentur manibus laborare
Sunt autem alia opera spiritualia
quibus communis utilitas promove-
tur et ex hoc eis stipendia debentur

primum est occupacio in iudiciis
ecclesiasticis exsequendis Dicitur enim
ad romanos xiij⁰ de potestate
seculari que iudicium seculare
exercet ideo et tributa prestatis
sed iudicibus ministri enim dei sunt
in hoc ipsum servientes non sic
deo Et propter hoc augustinus dicit in
libro de opere monachorum
quod debent operibus manuum insiste-
re illi duntaxat qui ab ecclesiasticis
occupacionibus vacant Unde et se
excusent a labore manuum propter
iudicia ecclesiastica quibus
occupantur dicens quod quantum ad dominum Jhesum pertinet
quis militat suis stipendiis
unquam etc. Et cum dominum nostrum Jhesum
Christum celestem invocetis super
animam meam Quantum quidem ad meum
attingit commodum multo mallem
per singulos dies certis horis
quantum in monasteriis moderatis monaste-
riis constitutum est operari manibus
et ceteras horas habere ad orandum
aut legendum aut aliquid de divinis
litteris agendum quam tumultuosas
perplexitates alienarum causarum
pati de negotiis secularibus
vel iudicando dirimendis
vel interveniendo precidendis Item
opus spirituale quod in bonum
commune redundat est opus predica-
cionis quo fructus animarum in
populo procuratur Et ideo ut
dicitur prima ad corinthios
nono Dominus ordinavit hiis
qui evangelium denunciant
de evangelio vivere non debet hoc
sic tantum ad illos qui habent
auctoritatem predicandi sicut
sunt prelati Sed etiam ad illos
qui habent licite predicant
ex commissione prelatorum Cum
stipendia non debentur prelati
sed operi et labori Unde ad
ad thimotheum 2⁰ laborantem
agricolam oportet primum de fruc-
tibus percipere scilicet predicatorem glosa
Qui in agro ecclesie ligone
verbi dei extollit corda auditorum
Licet tamen illi qui predicat habent

De cura vinee si eciam que ministrat
ad hoc officium cooperantes ut patet
ad romanos xvi Si spiritualibus
eorum participes facti sunt genti
les debent eciam in corporalibus
ministrare eis Glosa eorum scilicet
iudeorum qui miserunt qui predi
catores ad ierosolimis Vii eciam
illi qui predicatores mittunt sunt
de fructu eiusdem vinee Ter
cium opus spirituale quod cedit in
bonum eius sunt oraciones que fiunt
in horis canonicis ad salutem
ecclesie ut avertatur ira dei
a populo ezechielis xiii[mo] Non
opposuistis vos murum pro domo
israhel ut staretis in prelio
in die domini Glosa precibus
amicitates et dme sentencie
resisteretis Et ideo dicitur prima
ad corinthios nos qui altario
deserviunt cum altario participant
De istis duobus operibus dicit
augustinus in libro de operibus
monachorum quod debet operibus
manuum insistere illi dumtaxat
qui ab ecclesiasticis occupacionibus
vacat Si evangelizare sunt fateor
habent potestatem vivendi de sumptibus
fidelium quia de hoc loquitur Si
ministri altaris dispensatores
sacramentorum sunt Unde sibi non
arrogat sed vendicat potestatem
Quartum opus spirituale quod re
dundat in bonum eius est elu
cidacio sacre scripture Unde
qui sic vacat studio sacre scri
pture ad aliis impendendo sunt
de hoc opere spirituali vivere
prima ad thimotheum v[to] Qui bene
presunt presbiteri duplici honore digni
habeantur magis autem qui laborant
in verbo et doctrina Glosa ut
eis spiritualiter obediant et exte
riora ministrant Qui laboret
in verbo Glosa in exhortacione
sciencium et doctrina nescientium
Et hoc eciam plangit dicit Ieronimus
ad vigilancium / sicut in iudea

Usque hodie perseverat consuetudo
non solum apud nos sed eciam apud
hebreos ut qui in lege domini
meditantur die ac nocte et pa
trem non habent in terra nisi solum
deum sinagogarum tocius orbis
foveantur ministeriis patet ergo
quod illi qui predictis operibus
spiritualibus vacant que non dicuntur
in bonum eius redundant sed in bonum
facientis sicut sunt oraciones private
ieiunia et huiusmodi distinguendum
est quia aut illi qui in religione
istis operibus occupantur fuerunt
in seculo unde viverent sine
labore manuum aut non Si sic talem
cum ad religionem venerunt non
tenentur manibus laborare Unde
augustinus dicit in libro de operibus
monachorum Si habent aliquid in
seculo quo facile sine opificio
sustentarent vitam suam quod conversi ad
deum indigentibus dispartiti sunt
et credenda est eorum infirmitas
et ferenda Solent enim tales lan
guidius educati laborem
corporalem sustinere non posse
Si autem in seculo opifices fue
runt de labore manuum viven
tes tunc ex dicti causa ve
tes ad religionem sunt laborem
manuum intermittere Unde ex pi
gricia laborandi volentes in
ocio vivere et tales peccant
Et hoc est quod dicit augustinus in predicto
libro plerumque veniunt ad per
feccionem servitutis dei ex per
feccione servili et vita rusti
cana et ex opificum exercitacione
et plebeo labore Et postea
subdit Tales ergo sunt qui non
operantur de infirmitate corporis
excusari non possunt preterite enim
vite consuetudine convincuntur
Si autem non eis apparet
utrum ex proposito servitutis dei
venerint an vitam inopem et
laboriosam fugiunt Illis non
iniungitur aliquod opus manuale

Ex intencione diuini amoris
quo ad opus contemplacionis
quasi continue eleuatur. Et eos
tamen spiritu dei aguntur non peccat
quia ubi spiritus domini ibi libertas
Unde gregorius dicit super ezechi-
elem Contemplatiua vita
est caritate dei et proximi toto
corde retinere ab exteriori
accione quiescere soli desiderio
conditoris inherere ut nichil agere
iam libeat Et hoc idem habetur
in glosa quadam genesis xxix°
Contemplacius est agere etc. Con-
templatiua vita a cunctis accionibus
funditus diuidit Et hoc etiam
est quod habetur mathei sexto in glosa
super illud considerate volatilia
celi etc. Sancti viri auibus
comparantur quia celum petunt et quasi
ita remoti sunt a mundo ut iam
in terris nichil agant vel
laborent Sed sola contemplacione
iam in celo degunt Ad primum ergo
dicendum quod glosa illa sumitur ab augustino
in libro de operibus monacho-
rum qui librum illum scripsit
contra quosdam monachos qui dice-
bant quod non licebat seruis dei
manibus laborare et hoc est
quod dicit apostolus qui non vult
laborare non manducet expo-
nebat de opere spirituali Contra
exposicionem augustinus in libro predicto
multipliciter improbat Unde dicendum
est quod illud apostoli qui non vult
operari non manducet etc. de opere
manuali intelligitur Non tamen
sequitur quod ad huiusmodi complecionem
precepti omnes teneantur Ipse
enim non tenebatur Unde premisit
Non quasi non habuerimus potestatem
scilicet sumptus accipiendi et viuendi
sine labore manuum Unde patet
quod glosa illa non est ad propositum
Ad 2m dicendum quod in ambobus operibus
que tangit obiectio distinguendum
est quia alia sunt esse publica opera
alia priuata loquitur autem augustinus
de illis operibus spiritualibus sicut quod

Sunt opera priuata intelligit
enim de oracionibus et talibus priuatis Non
enim de horis que in ecclesia solent celebrari
quod patet ex hoc quod premittit qui manibus
operantur diuina cantica cantare quasi
non esset conveniens si de horis canonicis
intelligeretur Similiter quod loquitur de lectionibus
intelligitur de illis qui vacant
lectioni ad consolacionem et utili-
tatem propriam tantum sicut in monasteriis
monachi faciunt Non autem de illis qui totam
vitam studio scripturarum deputarunt ad suam et
aliorum instructionem Non enim est dubium quin
per laborem manuum studium impediretur
Similiter quod dicit de predicacione intelligendum
est de illis qui non publice predicant
sed aliqua verba edificatoria hiis qui
ad se venientibus loquuntur sicut
sancti patres in heremo facere consue-
uerunt Et hoc patet ex verbis
super inductis Unde etiam dicit
Si sermo erogandus est etc. Vel
ut dicit glosa prima ad corinthios
2° super illud Sermo meus et predi-
catio mea Sermo est qui priuatim
fiebat predicacio que fiebat in communi
Ad 3m dicendum quod decretum loquitur de
illis clericis quibus non sufficiunt
oblaciones et elemosine que
eis a fidelibus fiunt vel ecclesie
facultates cum bene est racio
de illis qui viuunt de facultatibus
ecclesie Et de illis qui viuunt parti-
cularius de elemosinis quia
facultates ecclesie elemosine sunt
et ad sustentacionem pauperum dantur
Unde dicit glosa super id ysaie
3° Et rapina pauperum in domo
vestra id est in domibus prelatorum rapina
pauperum est dum ecclesie opes sibi
thesaurizat Et in deliciis abu-
tuntur que ad sustentacionem pauperum
dantur Et de hoc habetur in summa
contra pa. xvi q. i etiam glosa 2a
q. 2 ca. 20 ~~ad glosa~~ Sacerdos
id est sacerdos cui dispensacionis
cura commissa est cum laude pietatis
accipit a populo dispensanda
et fideliter distribuit accepta
quia omnia sua aut relinquit pau-
peribus aut parochiis aut distribuit

Ecclesie rebus adiungendo et se
in nu(m)ero pauperum paupertatis
amore constituit ut unde pauperibus
subministraret. Unde et ipse tamquam
pauper voluntarius vivat. Et sic
patet quod clerici qui de ecclesie
rebus vivunt carent racionem
utendi eis sicut sicut illi qui
facultatibus carentes de elemosinis
sibi datis vivunt. Ad 1m dicendum
quod glosa illa non imponit necessitatem
hiis qui sua relinquunt ut manibus
operentur. Sed ostendit quoddam bonum
quod facere possunt qui sua relinquunt
ut scilicet manuum labore acquirant
unde sibi provideat et elemosinas
aliis faciat. Nec tamen propter hoc
excluditur quin etiam bonum faciat
si manibus non laborantes spiritualibus
operibus vacet que sunt
corporalibus potiora. Ad 2m dicendum
quod illius racionis maior falsa est.
Non enim qui facit contra statuta pape
est contrarius nisi forte credat
papam non esse obediendum. Unde
in talo inductum est. Omni romane
ecclesie privilegium ab ipso summo
omnium ecclesiarum capiti traditum
auferre conatur, hic procul dubio
in heresim labitur. Privilegium
autem predictum consistit in hoc quod ei
debet ab omnibus christianis obedire.
Ad 3m etiam minor falsa est. Non
enim contra statutum ecclesie est quod aliquis
mendicet ut se in statu egestatis
ponat. Sed hoc est contra statutum
ecclesie si ab eis qui facultates
ecclesie possident eorum necessitatibus non
providetur. Unde ecclesie licet sint va-
cali inducti ex quibus scilicet rebus
ecclesie episcopi et dispensatores
earum omnibus communiter vita degere
volentibus ministrare cuncta necessaria
debent prout melius poterint
ut nemo in eis degens mendicet.
Ad 4m dicendum quod illi qui relinquunt
omnia nichil sibi reservantes nec
manibus operantes non propter hoc
discrimini se exponunt. Quia devocio

infidelium tanto probabilius estimatur
et experimento dinoscitur quod eis in
necessitatibus providet. Nec etiam temptat
deum, quia ipse promisit movendo
corda aliorum eis in necessitatibus providere
ut patet mathei vi. Et quedam
glosa dicit luce decimo tanta predicatoris
debet esse fiducia in deo
ut presentis vite sumptus et si non
provideat sibi tamen non defutura certissime
sciat ne dum occupatur
mens circa temporalia minus predicet
eterna. Ad 5m si aliquis esset inter
armatos qui eum defenderent
et aliqua causa arma deponeret
non temptaret deum. Si autem esset
solus videretur temptare deum nisi
forte aliquo instinctu inspiracione secura
esset de divino auxilio sicut beatus
martinus dixit: Ego signo crucis
non clipeo post terga hostium
cuneos penetrabo securus. Sic
videtur esse dei temptatio si aliquis
inter infideles non hominibus
hospitales de necessariis victus sibi
non providet ut dicit glosa luce
xxii. Super illud: Nunc qui habet sacculum
tollat etc. In hoc nobis datur
exemplum ut non unique causa
instante quedam de nostro propositi
rigore sine culpa intermittere
possimus. Videlicet si per hospitales
regiones iter agimus plura
viatica ut viatici causa licet
portare que domi habeamus.
Et in deserto aliqui sine labore
manuum sustentati sunt pane
divinitus misso ut in vitas
patrum legitur. Sed privilegia paucorum
non faciunt legem. Quare
Ad 6m dicendum quod hoc quod apostolus
loquebatur cum posset de evangelio
vivere fuit supererogacionis
ut patet prima ad corinthios nono.
Et ideo alii predicatores non
tenentur eum in hoc imitari. Ad 7m dicendum
quod predicator aliquem benefacit
non accipiendo sumptus ab hiis
quibus predicat non de labore manuum
vivendo in casibus scilicet illis

In quibus apostolus laborabat non
veniret scandalizaret eos quibus
predicabat qui propter avariciam
dari sumptus conabantur Et
hac causam ponit 2a ad Tessalo.
3o Nocte ac die laborantes
ne quem vestrum gravaremus Item
ut suo exemplo alii ab ocio
retraherentur viij unde subdit
Non quasi nos non habuerimus
potestatem Sed ut nosmetipsos formam
daremus vobis ad imitandum
nos Item ad reprimendum rapa-
citatem pseudo apostolorum
unde dicit 2a ad Corinthios
xjo Quod autem facio et faciam
ut amputem occasionem eorum
qui volunt occasionem in quo glo-
riantur ut tales inveniantur
sicut et nos Illicitum autem male
facerent predicatores si laboribus
manuum se applicarent et sic se per
laborem a predicatione retraherent
viij glosa Luce x o Cavendum est
predicatori Ne dum occupatur
mens eius ad temporalia minus
predicet etiam Ideo dicit augustinus
in sepe dicto libro quod apostolus
cum esset athenis ubi oportebat
eum quottidie predicare non
operabatur manibus Sed postea
fecit veniens corinthum ubi
iudeis predicabat solo die
sabbati predicatoribus enim non solum
necesse est ut habeant tempus libe-
rum ab occupationibus in quo
predicent Sed etiam in quo studeant
cum non habeant scientiam ex infusione
sicut apostoli Sed ex continuo stu-
dio unde dicit gregorius in
pastorali exponens illud
exodi xxv Vectes superent
in circulis etc Vectes inquit
supersunt circulis quia nimirum
necesse est ut qui ad officium predi-
cationis excubat a sacre lectionis
studio non recedat Illud autem quod
dictum est per actionem non intelligitur
solum opus manuale Sed omnia

Que ad activam vitam pertinet
Sollicitudo autem que exhibetur
a predicatoribus circa eos quibus
predicant ad activam vitam pertinet
Rationes in contrarium concedo Tamen
ultima inducitur propter intentum
Glosa cum dicit secularia ne-
gocia esse que sunt circa peritura
colligenda Sunt opera manualia
ut patet mercatorum et huiusmodi a
quibus se debet servus dei
penitus abstinere Sic quodlibetum 8m

Quodlibetum octavum

Questio nostra circa tria
versatur primo circa
ea que pertinent ad naturam
Secundo circa ea que pertinent
ad culpam et gratiam
Tercio circa ea que
pertinent ad penam et gloriam
Circa primum queruntur duo primo
de pertinentibus ad naturam increatam
Secundo de pertinentibus ad naturam creatam
Circa naturam increatam duo
queruntur primo an senarius numerus
quo omnes creature dicuntur esse
perfecte sit creator vel creatura
Secundo de racionibus idealibus
que sunt in mente divina utrum plures
respiciat exemplata creationis
racione sue singularitatis vel
racione nature specialis Articulus

Ad primum sic proceditur videtur
quod senarius numerus perfectus
sit creatura Remota enim
creatura omni perfecto non remanet
nisi in creatore Sed remota omni
creatura facta in operibus
sex dierum remanet perfectio in
numero senario viij augustinus dicit
libro 4o super genesim ad literam Itaque
Si dies ista non esset sed opera
sex dierum perfectus ille esset
sic senarius numerus Nisi alter
hic perfectus esset illa sic cum per-
fecta non fierent Contra senarius
numerus est creator Sed dicitur quod augustinus
loquitur de senario quantum ad ideam
senarii que est in mente divina Contra
sicut remotis omnibus creaturis
remanet perfectio in idea senarii numeri

Ista etia remanet in idea la-
pidis in mente diuina ergo patet
non habet senarius unus aliquam
preminentiam ad lapidem Deinde
uidetur q contra augustinum Preterea
Illud quod est permanencius omni
creatura non est creatum sed cre-
ator Senarius autem unus est
permanencior celo et terra que
tamen uidentur esse permanentissime
creature ut augustinus dicit Super
super genesim facilius est celum
et terra transire q secundum senarium
non fabricata sint qua effici
posse ut senarius non suis partibus
compleatur Ergo senarius non est
creatura sed creator Secundum cre-
atoris perfectio non consistit ex parti-
bus nec est in eo aliquid habens
partes Sed sicut dicit augustinus in
libro contra priscillianum senarium
non esse perfectum ea ratione quia
suis partibus compleatur Ergo se-
narius non est creator sed creatura
Resolutio Dicendum quod secundum auicennam
in sua metaphysica triplex est alicuius
nature consideracio Vna prout consi-
deratur secundum esse quod habet in suis
singularibus sicut natura lapidis
in hoc lapide et illo lapide
Alia uero est consideracio alicuius
nature secundum esse suum intelligibile
sicut natura lapidis consideratur
prout est in intellectu Tercia uero consi-
deracio alicuius nature est abso-
luta prout abstrahitur ab utroque
esse secundum quam consideracionem consideratur
natura lapidis in comparacione
alterius respectu ad ea tamen que
per se competunt tali nature Harum
quidem trium consideracionum due
semper uniformiter eundem ordinem
seruant Prior enim est consideracio
alicuius nature absoluta quam
consideracio eius secundum esse quod habet in
singularibus Sed tercia consideracio
nature que est secundum esse quod habet in
intellectu non habet semper eundem ordinem
ad has consideraciones Consideracio enim nature

Secundum esse quod habet in intellectu qui accipit
a rebus sequitur utramque aliarum
consideracionum Hoc enim ordine sensibile
precedit scientiam et sensibile sensum sicut
et mouens motum et causa causatum
Sed consideracio nature esse secundum quod habet in
intellectu causante rem precedit alias
duas consideraciones Cum enim intellectus
artificis adinvenit aliquam formam
artificiati ipsa natura sua forma
artificiati in se considerata est
posterior intellectu artificis et
per quem etiam arca sensibilis
habet talem formam non esse habet
Sicut autem se habet intellectus artificis
ad artificiata ita se habet intellectus
diuinus ad omnes creaturas unde
uniuscuiusque nature create prima conside-
racio est secundum quod est in intellectu
diuino Secunda uero consideracio est ipsius
nature absolute Tercia secundum quod est
in rebus ipsis uel in mente ange-
lica Illa secundum esse quod habet in intellectu
nostro Et ideo dyonisius dicit
2 mo capitulo de diuinis nominibus
hunc ordinem assignans quod prius inue-
nit est per se artificiatum rerum deus
postea uero ipsa dona dei que
creaturis exhibentur et uniuersaliter
et particulariter considerata Vt per se pulc-
ritudine per se uita qua debet
esse bonum ex deo prouenies deinde
ipsam naturam uite deinde ipsa
particularia uniuersaliter et particulariter considerata
que sunt res in quibus natura esse
debet In hiis igitur illud quod est prius
secundum est in prioribus et remotum a po-
sterioribus remanet prius non autem
econuerso Et inde est quod hoc quod competit
nature secundum absolutam consideracionem
est racio quare competit nature alicui
secundum esse quod habet in singularibus
et non econuerso Ideo enim sortes est rationalis
quia homo est rationalis et non econuerso
Vnde quod sortes et plato non esset
ad huc natura humana rationalitatibus
competeret Similiter etiam intellectus diuinus
est ratio nature absolute considerate
et in singularibus et ipsa natura
considerata absolute et in singularibus
est ratio intellectus humani et quodammodo
mensura ipsius Sicut patet per uerba augustini

De senario intelligi dupliciter uno modo ut
per senarium intelligatur ipsa natura
senarii absolute cui primo et per se
competit perfectio que quidem est ratio
perfectionis rerum que senarium participant.
Unde remotis omnibus que
in senario perficiuntur adhuc natura
perfectio senarii competit sibi
et hoc modo senarius nominat
naturam creatam. Alio modo potest in-
telligi senarius secundum esse quod
est in intellectu divino et sic eius
perfectio est ratio perfectionis in cre-
aturis inventis quod secundum senarium
sunt condite quibus etiam
remotis in predicto senario perfectio
remanet. Sic autem senarius
non erit creatura sed ratio
creature in creatore. Et hec
est ydea senarii et est idem
cum ydea senarii quod divina essentia
secundum rem sed secundum rationem tamen differunt. Ad primum
ergo dicendum quod remotis omnibus
creaturis que sunt facte in
senario dicendum primo non est quod
perfectio remaneat in senario
primo quasi senarius primus
aliquod esse habeat in rerum natura
nulla creatura existente sed quia
remoto omni esse creato remanet
abstracta consideratio nature senarii
prout ab[s]trahitur a quolibet esse
et sic attribuitur sibi perfectio
sicut remotis omnibus sensibilibus
hominibus adhuc remanet ra-
tionabilitas attribuibilis humane
nature. Ad secundum dicendum quod sicut in
rebus creatis quedam sunt magis
generales et quedam magis contracte
ita etiam rationes rerum in deo
magis communes ad plura se
extendunt minus vero communes ad
pauciora. Et quia unitas et
multitudo sunt omnibus rebus
creatis communia ideo etiam
ratio ydealis unitatis ad omnes cre-
aturas se extendit. Unde
dicit Boethius in principio ari-
smetrice omnia quecumque a primeva
rerum natura constituta sunt
numerorum ratione videntur esse formata
hoc enim fuit principale in animo
conditoris ut omnia in numero constituerentur

Exemplar autem lapidis non se
extendit ad omnes creaturas.
Et ideo si senarius accipiatur
pro ydea senarii comparatur ad hoc ad
quod senarius est eminentior
lapide idem quam ydea lapidis
prout scilicet ad plura se extendit.
Et iterum prout perfectio competit
senario secundum naturam senarii
non autem lapidi. Ad tertium dicendum
quod non est intentionis Augustini quod
si celum et terra transeant et omnes
creature quod senarius remanet
secundum aliquod esse creatum sed quia si
omnes creature abesse desinerent
remaneret adhuc natura senarii
prout abstrahitur a quolibet esse
tunc adhuc perfectio ei competit
sicut etiam natura humana inhabit-
tabilis quod ei competet rationabilitas.
Ad illud vero quod in contrarium obicitur
dicendum quod comparationes in deo non possit
esse aliquid huius partes tamen potest esse
in eo ratio rei habentis partes et
sic est in eo ratio senarii ex
partibus constituti et ratio suarum
partium etc. Articulus secundus 2

Ad secundum sic proceditur. Videtur
quod ydee que sunt in mente
divina principaliter respiciant res
divina ad naturam singularem quam
comparantur ad naturam speciei. Quia ut dicit
comparatur ad naturam speciei quia ut dicit
Augustinus in libro 83 questionum
ydee sunt quedam forme vel rationes
rerum stabiles que in divina
intelligentia continentur. Et cum ipse
neque oriantur neque intereant
secundum eas tamen dicuntur formari omne
quod oriri vel interire potest. Et hoc
quod oritur vel interit sed solum
quod singulare est quod oritur et interit
[illegible] quod generatur et corrumpitur. Ergo
ydee principalius respiciunt singulare.
Preterea ydee sunt forme
exemplares requisite ad rationem
ydee assimilationis ydeati ad
ipsam. Et ydeatum in rebus creata
magis assimilatur divino exemplari
sicut forma a qua est relatio
ratio speciei secundum [illegible] naturam quam est
individuorum principium. Ergo ydea
principalius respicit naturam speciei quam
singularitatem individui. Preterea

Qm q in mente divina sunt omn
creaturarum forme exemplares
que ydee dicuntur sicut i mente
artificis sunt forme artificiatorum
hoc tamen inter est inter formas
exemplares que sunt in mente
divina et i mente artificis creati
q creatus artifex agit ex p
suppcita ma unde forme exem
plares que sunt in mente eius
no sunt factive ma que est
idividuacionis pricipium sed solum
forme a qua est spes artificiati
Et ydeo huiusmodi forme exem
plares no respiciunt directe ar
tificiatum quantum ad individuum sed
quantum ad spem solo sed forme
aut exemplares intellectus divini
sunt factive totius rei quantum ad
formam sine quantum ad mam Et
ideo respiciunt creaturam no solu
quantum ad naturam spei sed etiam quantum
ad singularitatem individui
p plus tamen quantum ad naturam spei
quod ex hoc patet Exemplar
enim est ad cuius imitacionem sit
aliquid, unde ad racionem exemplaritatis
requiritur q ipsa assimilacio opis
ad exemplar sit intenta ab agente
Alias, talis assimilacio casu
accidet et no sum viam exempla
ritatis Sic ergo i racione exem
plaris includitur intencio agentis
ad hoc ergo p prius exemplar
respiciat q agens primo intendit
in ope agendo aut quod primo
intendit in ope illud q perfectius
est Natura aut spei est quod perfectissimum
in unoquoque individuo ut ipsum enim
duplex perfectio perficitur Perfectio
scilicet ma que singularitatis principium
est que cum sit in potencia ad formam
spei perficitur per naturam spei consequenter
Et item perfectio forme qualis
quod se habet ad diversas species i potencia
ut ma ad formam Unde Commentator
est primo i intencione nature ut patet
p avicennam i primo sue methaphysice Na
tura enim natura intendit primum generare
forte alias destructo sorte ordo
et intencio nature perieret Intendit
aut i forte generare sortem Ideo no
intendit primum generare aiale aliaque
quiesceret eius actio cum ad naturam
Animalis pervenisset cum tamen individuo
generato prius compleatur na animalis
quam hominis ut patet i primo de
animalibus Non aut prius est homo
quam hic homo Unde exemplar q
est i mente divina primo naturam speciei
respicit in qualibet creatura Sed
primo quod dico q illud q est primum in
intencione est ultimum i execucione
Unde cum prius na precedat generatione
hominis per prius tamen generatur hic
homo Non enim homo generatur nisi
per hoc q hic homo generatur Et propter
hoc i diffinicione ydee dicitur
cum sit causa exitus omnis quod dicitur
quantum ad viam execucionis in qua
singularia sunt prima Sed quod est i generando
precedit i i c

Divisio c.

Einde queritur de hiis
que pertinet ad naturam
creaturarum Et primo de hiis
que pertinet ad animam
humanam Secundo de hiis que
pertinet ad corpus Circa primum
queruntur duo primo utrum anima
accipiat spes quibus cognoscat
a rebus que sunt extra eam Secundo
quo caritas sit quibus alius
homo a no homine cognoscitur

Ad primum sic proceditur arti. 3 iij

Videtur q anima no accipiat
spes a rebus que sunt extra
eam Dicit enim augustinus i primo super
genesim ad literam ymaginem corporis
no corpus ipsum facit sed semper
prius in seipso facit celeritate
mirabili Non aut eam in seipso
faceret nisi ipsa a rebus exteri
oribus acciperet ergo anima
no accipit spes a rebus quibus
cognoscit Preterea eius solum est
dimensionem a re dimensionata ab
strahere cuius est dimensionem corporibus
dare q est solum creatoris Sed
ad hoc q spes a rebus accipiatur
in anima oportet quod ab ipsa esse
dimensione separentur cum a rebus ex
anima habeant esse dimensionale no
aut in anima maxime quantum ad
intellectum quem anima no potest accipere
spes a rebus sensibilibus Sed contra
videtur tota philosophorum doctrina que
sensu a sensibilibus ymaginem a sensu
intellectum a fantasmatibus accipere fatetur

Visio dicitur quod anima humana similitudines rerum quibus cognoscit accipit a rebus illo modo accipiendi quo patiens accipit ab agente quod non est intelligendum quasi agens influat in patiens eandem speciem numero quam habet in seipso sed generat suam similitudinem educendo de potentia in actum et per hunc modum dicitur species coloris deferri a corpore colorato ad visum. Sed in agentibus et patientibus distinguendum est. Est enim quoddam agens quod de se sufficiens est ad inducendum formam suam in patiens sicut ignis de se sufficit ad calefaciendum. quoddam vero agens est quod non sufficit de se ad inducendum formam suam in patiens nisi superveniat aliud agens sicut calor ignis non sufficit ad complendam actionem nutritionis nisi per virtutem anime nutritive. Unde virtus anime nutritive est principale agens, calor vero ignis instrumentaliter. Similiter etiam est diversitas ex parte patientis. Quoddam enim patiens est quod in nullo cooperatur agenti sicut lapis cum sursum proicitur vel lignum cum ex eo fit scamnum. Quoddam vero patiens est quod cooperatur agenti sicut lapis cum deorsum proicitur. Et corpus hominis cum sanatur per artem. et similiter hec res que sunt extra animam se habent ad diversas anime potentias. Nam sensus enim exteriores se habent sicut agentia sufficientia quibus patientia corpora non cooperantur sed recipiunt tantum. Et si autem color ipse non possit movere visum nisi lux superveniat non est hoc contra quod dictum est. Quia tamen lux quam color utrumque ea que sunt extra animam computantur. Sensus autem exteriores suscipiunt tantum a rebus per modum patiendi sine hoc quod aliquid cooperetur ad sui informationem quamvis iam informati habeant propriam operationem que est iudicium de propriis obiectis. Sed ad imaginationem res que sunt extra animam comparantur etiam ut agentia sufficientia. Motio enim rei sensibilis non consistit in sensu sed exinde ulterius contingit usque ad fantasiam sive imaginationem. Cum imaginatio est patiens quod cooperatur agenti. Ipsa enim imaginatio format sibi aliquarum rerum similitudines quas numquam sensu percepit ex hiis que sunt in sensu percepta componendo ea et dividendo sicut imaginamur montes aureos quos numquam vidimus ex hoc quod aurum vidimus et montes. Sed intellectui possibili comparantur res sicut agentia insufficientia. Motio enim ipsarum rerum sensibilium nec etiam in imaginatione sistit sed fantasmata ulterius movent intellectum possibilem. Non autem ad hoc ex seipsis sufficiunt cum sint in potentia intelligibilia. intellectus autem non movetur nisi ab intelligibili in actu. Unde oportet quod superveniat actio intellectus agentis cuius illustratione fantasmata fiunt intelligibilia in actu sicut illustratione lucis corporalis fiunt colores visibiles actu. et sic patet quod intellectus agens est principale agens quod agit rerum similitudines in intellectu possibili. fantasmata autem que a rebus exterioribus accipiuntur sunt quasi agentia instrumentalia. Intellectus enim possibilis comparatur ad res quarum notitiam recipit sicut patiens quod cooperatur agenti. multo enim magis potest intellectus formare quiditatem rei que non cecidit sub sensu quam imaginatio. Ad primum ergo dicendum quod si verbum Augustini referatur ad intellectum sic planum est quod res non faciunt similitudines in intellectu possibili sed intellectus agens. Si autem referatur ad imaginationem facit quidem sed non sole. Quia etiam ipsa imaginatio cooperatur ut dictum est. Si in sensu autem facit corpus sui similitudinem sufficienter et solum. sed de hoc non loquitur Augustinus. Quia sensum dicit spiritum inducit sine corporalem visionem cum spiritualem. Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit ac si illa

Eadem species numero que est in rebus
est in ymaginacione. post modum
fiet in intellectu. Hec enim oportet
quod auferetur ab ea dimensiones
et hec preter esse suum. articulus secundus
Ad secundum sic proceditur videtur
quod non habens caritatem
eam cognoscat per presenciam
enim quod cognoscitur vel cog-
noscitur per essenciam vel per sui simili-
tudinem. Sed caritas a non habente
non cognoscitur per sui essenciam
quia non est essencialiter in eo ergo
si cognoscitur cognoscitur per sui
similitudinem. Preterea aliquis habens
caritatem aliquando non cognoscit
eam se habere ad minus per coniecturam
vel per revelacionem. Et similiter postquam
eam amiserit potest recordari eam
se habuisse quod esse non potest nisi per
eius speciem in memoria reservatam
tamen ergo caritas a non habente
qui prius eam habuit per sui similitudinem
cognoscitur et eadem racione a
quolibet alio non habente. Preterea
Augustinus dicit decimo confessionum
quod non se habet memoria ad in-
telligenciam sicut venter animalis
ruminantis ad os. Set ruminacio sicut
illud quod est in ventre animalis
ruminantis reducitur ad os. Ita
quod est in memoria reducitur ad
intelligenciam. Si ergo in memoria
conservatur caritas per sui similitu-
dinem et ab intelligencia capietur
per sui similitudinem. Sed contra est quod
Augustinus dicit duodecimo super genesim
et habetur in glosa 2a ad corinthios
primo. Et in intelligibilibus visis
est contra vere que non habent species
sive similitudines que non sunt
quod ipse. Et inter hec numerat
caritatem. ergo caritas non potest
cognosci per sui similitudinem sed
solum per essenciam. Responsio dicendum
quod duplex est cognicio caritatis
una qua cognoscitur quid est
caritas. alia qua caritas
percipitur ut cum aliquis cognoscit
se habere caritatem. quod pertinet
ad cognicionem an est. prima quidem
cognicio caritatis eodem modo
competit habenti et non habenti
caritatem. Nam intellectus humanus
formatus est quiditates rerum cog-
noscere et comprehendere. in quibus
cognoscendis naturaliter procedit sicut
in cognicione conclusionum quas elicit
virtus continentur. Insunt enim nobis
naturaliter quedam principia per se complexa
ab omnibus nota. Ex quibus ulterius
procedit ad cognoscendum in actu
conclusiones que in potencia principiis
cognoscuntur. per naturalem sive per
invencionem propriam sive per doctrinam
alienam. sive per revelacionem divinam
in quibus omnibus sunt modi
cognoscendi. Licet inmutatur ut principiis
naturaliter cognitis. Sed ita quod
ipsa principia cognita ad cognicionem
acquirendam sufficiat adminiculantibus
sensu et ymaginacione. Set cum
aliqua cognicionem acquirimus per revela-
cionem vel doctrinam. vel ita quod principia
predicta ad cognicionem acquirendam
non sufficiant. nichilominus tamen in hoc
cognoscenda principia dirigunt in quantum
inveniuntur non repugnancia principiis
naturaliter cognitis. quod si contrarium esset intellectus
nullo modo eis assentiret. Sicut
non potest de sonitu principiis. Et similiter
in intellectu insunt nobis eciam naturaliter
quedam concepciones ab omnibus
note ut entis unius boni et hujusmodi
ex quibus eodem procedit intellectus
ad cognoscendum veritatem uniuscuiusque
rei. per quam procedit a principiis per se notis
ad cognoscendas conclusiones. Et
hoc vel per ea que quis sensu percipit
sicut cum per sensibiles proprietates alicuius
rei concipio illius rei quiditatem
vel per ea que ab aliis quis audit
ut cum laycus qui nescit quid sit
musica cum audit aliquam artem
per quam discitur canere vel psallere
concipit quiditatem musice. Sicut
quod concedat vel ipse postulat quid
sit. et quid sit canere. A' eciam per
ea que ex revelacione habentur
ut est in hiis que fidei sunt. Cum
enim credimus aliquem esse in nobis
divinitus datum quo affectus
noster deo unitur. concipimus caritatis
quiditatem intelligentes caritatem
esse donum dei quo affectus deo

Nunc preco(n)gnoscendo quid sit
donum et quid sit affectus et quid sit
unio de quibus etiam quid sit scire
non possumus nisi resolvendo in alia
prius nota naturaliter. Et sic consequenter
perveniamus ad primas conceptiones
intellectus humani que sunt
omnibus naturaliter note. Et quia
naturalis cognitio est quedam similitudo
divine veritatis menti nostre impressa
secundum illud psalmiste Signatum
est super nos lumen vultus tui
domine. Ideo dicit Augustinus de 12
de trinitate quod quecumque scita
cognoscuntur in prima veritate.
Ipsa enim conceptio veritatis quam
intellectus format non solum
non solum est similitudo caritatis
sicut species rerum in sensu vel
imaginatione. Quia sensus
et imaginatio nunquam pertingunt
ad cognoscendum naturam rei sed
solum accidentia que circumstant rem.
Et ideo species que sunt in sensu
vel imaginatione non representant
naturam rei sed accidentia eius tantum
sicut statua representat hominem
quantum ad eius accidentia. Sed intellectus
cognoscit ipsam naturam et substantiam
et substantiam rei. Unde species intelligibilis
est similitudo ipsius essencie rei
et est quodammodo ipsa quidditas et
natura rei secundum esse intelligibile
non secundum esse naturale prout est in rebus.
Et ideo omnia que non cadunt
sub sensu et imaginatione
sed solo intellectu cognoscuntur per
hoc quod essencie vel quidditates
eorum sunt aliquo modo in intellectu.
Et hic est modus quo caritas cog-
noscitur cognitione quid est tam
ab habente caritatem quam non
habente. Sed secundum alium modum cogno-
scendi quo cognoscit aliquis
se habere caritatem. Licet enim caritas
neque aliquis habitus sive potentia
percipiatur a nostro intellectu nisi per
hoc quod actus percipiuntur ut patet
per philosophum in 2o ethicorum. Actus
autem caritatis vel alterius habitus
eliciuntur ab ipsa caritate vel alio
habitu per propriam essenciam caritatis
vel alterius habitus et per hunc
modum dicitur aliquis se cognoscere
habere caritatem vel alium habitum
per ipsam essenciam habitus secundum esse
naturale quod habet in rerum natura et non solum
in intellectu. Sic autem nullus potest cog-
noscere caritatem nisi caritatem
habens. Quia actus caritatis et
aliarum virtutum precipue consistunt
in motibus interioribus qui non possunt
esse cogniti nisi operando et nisi
aliqualiter manifestantur ex actibus
exterioribus et sic per quandam
coniecturam aliquis non habens caritatem
potest percipere alium caritatem habere.
Hoc autem dico supponendo quod aliquis
possit scire se habere caritatem cum
hoc non sit modo esse verum. Quia in
actibus ipsius caritatis non possumus
sufficienter percipere quod sint a caritate
eliciti propter similitudinem dilectionis
naturalis cum dilectione gratuita in
actu naturali ad actus meritorios.
Ad primum ergo dicendum quod in habente
caritatem non secundum esse nature sed
secundum esse intelligibile est essencie
caritatis. Ad 2m dicendum quod postquam
aliquis desinit habere caritatem
secundum esse naturale caritatis ad hanc
caritas in ipso manet secundum esse
intelligibile et sic potest scire quid
est caritas. Manet etiam in memoria
eius actus caritatis quos fecit
Et etiam in memoria similiter propter actus
similes caritatis qui utique manent
secundum suam similitudinem sicut et cetera
similia et ex eis memoratur ha-
buisse se habere caritatem. Ad 3m
dicendum quod illud quod est in memoria
precedit ad intelligenciam. Non ita
quod eadem species numero que est in me-
moria postmodum fiat in intellectu
sed per illum modum loquendi quo
fantasmata dicuntur fieri in intellectu
ut dictum est prius. articulus 7us

Deinde queritur de
hiis que pertinent ad
corpus humanum utrum
alimentum convertatur
in veritatem humane na-
ture. Et videtur quod non quia corpore humano

Illud quod est de veritate humane
nature est caro et os secundum speciem
sed alimentum non convertitur in
illud quod est secundum speciem Ergo illud
quod est secundum materiam ut videtur dicere
philosophus in primo de generatione Ergo
alimentum non convertitur in veritatem
humane nature Preterea illud quod
est de veritate humane nature oportet
quod semper in homine maneat
aliter non remanet idem homo
Sed illud quod generatur ex ali-
mento non semper manet immo
fluit et refluit ut patet ex primo
de generatione / ergo quod generatur ex
alimento non est de veritate
humane Preterea dicit augustinus quod
nos fuimus in adam dupliciter
scilicet secundum seminalem rationem
et secundum corpulentam substantiam Christus
autem fuit in eo secundum corpulentam
substantiam et non secundum seminalem rationem
Illud autem quod generatur ex alimento
in nobis non fuit in adam ergo
illud quod est de veritate corpul-
ente substantie nostre non est ex
alimento generatum Sed dicebatur
quod corpulenta nostra substantia fuit
in adam originaliter et non esse-
tialiter Sed contra seminale originalem
tem impartat Si ergo dicimur
in adam fuisse secundum corpulentam
substantiam originaliter tunc erit idem
esse secundum corpulentam substantiam et
secundum seminalem rationem quod est falsum
ergo etc. Sed contra sicut dicitur in secundo
de anima alimentum est potentia
tale quale est illud quod nutritur
in actu Sed quod est potentia aliquale
in illud converti potest ergo ali-
mentum converti potest in illud quod
nutritur Sed illud quod nutritur
est illud quod est de veritate humane
nature Ergo alimentum conver-
titur in illud quod est de veritate
humane nature Preterea semen ex quo
fit generatio maxime videtur ad
veritatem humane nature pertinere
Sed semen secundum philosophum in primo de
animalibus est de superfluo alimenti
ergo alimentum convertitur in veritatem
humane nature Responsio dicendum quod ad huius

Questionis evidenciam oportet
primo videre quid sit veritas humane
nature Veritas autem uniuscuiusque
rei ut dicit avicenna in sua
metaphysica nichil est aliud quam proprietas
sui esse quod stabilitum est ei sicut
illud quod attingebis est ad terminos
stabilitatis nature auri Ergo ecce
verum aurum Uniuscuiusque autem proprie
est esse in aliqua natura per hoc
quod substat complete forme speciei
illius nature a qua est esse et
ratio speciei in natura illa Unde
illud pertinet ad veritatem unius-
cuiusque quod est complementum rei illius
per formam et pertinet directe et
per se ad complementum illius rei tamen
enim in naturalibus quam artificia-
libus inveniuntur quedam in
quibus consistit proprie ratio et
natura rei Alia autem que sunt
ordinata ad horum conservationem
et meliorationem sicut stipites et
fructus per se pertinet ad comple-
mentum arboris Unde sunt de
veritate nature eius Folia
autem sunt quodammodo ordinata
ad fructuum conservationem Et ideo
ad hoc non videtur esse de ve-
ritate nature arboris simpliciter
Similiter ratio gladii consistit in
ferro et acumine eius vagina
autem est ad gladii conservationem
Unde si gladius esset res
naturalis ferrum esset de veritate
nature eius non autem vagina
Sic autem de veritate humane
nature esse dicimus illud quod
per se pertinet ad perfectionem humane
nature complete participans formam
speciei Illud autem non est de veritate
humane nature in homine quod
est ordinatum quodammodo ad
hominis conservationem vel melio-
rationem quantumque Sciendum est autem
quod natura humana potest dupliciter considerari
vel secundum totam speciem humanam vel
secundum esse quod habet in hoc individuo
Et secundum hoc inveniuntur in presenti
questione tres opiniones Quidam
enim dicunt quod alimentum non generatur
in veritatem humane nature

Neque secundum speciem neque secundum individuum dicatur enim quod tota materia quam unusquisque natus est vere esse sub specie humane nature fuit in corpore Ade. neque aliqua alia materia potuit fieri nec substantie humane speciei et ex illa materia ex qua corpus primi hominis constabat fuit aliqua pars decisa que quidem per multiplicationem quandam sine additione ex calore nature augmentata est, ita quod pervenit usque ad perfectam et completam quantitatem in corpore Christi. ex quo iterum aliqua decisa est in formatione corporis filii sui. Et predicto modo multiplicatur et sic totum humanum genus multiplicatum est ex illa materia que fuit in corpore primi hominis sine alicuius extrinseci additione. Illud autem quod ex alimento generatur est necessarium nobis ad conservationem illius humiditatis que est de veritate humane nature sicut calor naturalis hominis vel aliquod aliud quod conservat scilicet humiditatem ex alimento generatam quasi actualiter non consumat humiditatem que est de veritate humane nature. Sicut artifices apponunt plumbum argento ut vel in conflatorio consumatur plumbum et argentum non consumatur ab igne. Unde in resurrectione quia veritas humane nature erit incorruptibilis alimento non indigebimus nec resurget in nobis aliquid quod ex alimento sit generatum sed solum illud quod fuit in Adam. Sed inconveniens videtur singulorum positio propter duo. quantum ad primum pertinet quia eiusdem rationis est formam aliquam nichil amittere de materia subiecta et nichil de novo acquirere. Unicuique enim substantie et nature nichil accidit neque deperit. Constat autem quod aliqua materia que erat substantia humane nature desinit esse humane nature substantia sicut patet in morte uniuscuiusque hominis. Unde nisi aliqua materia de novo adderetur humane nature quod numquam esset nisi illud quod est de veritate humane nature in actu quam tempore Ade. et sic natura speciei non perfecte salvaretur per generationem. Secundo quia ista mutatio qua multiplicatio dicitur non solum est secundum essentiam ipsius materie sed solum secundum quantitatem vel dimensiones ei accidentes. Non enim dicit quod aliquid materie de novo per essentiam transferatur vel aliunde addatur. Sed quod illa eadem materia que prius erat minor postea fuit maior. Nichil autem est aliquid rarefieri et condensari quam mutari eandem materiam de magnis dimensionibus in parvas et converso. Unde sequitur secundum predictam positionem quod illud quod est de veritate humane nature semper rarefiet per continuam generationem et augmentationem et tamen quantum natura sustinere non posset. Esset enim iam illud quod est de veritate humane nature immutabiliter magis rarum quam ignis quod patet esse falsum. Et ideo alia opinio dicit quod alimentum convertitur in veritatem humane primo et per se secundum speciem non autem secundum individuum nisi secundario. Dicunt enim quod in unoquoque individuo humane speciei illud prius et per se est de veritate humane nature quod a parentibus traxit. Et hoc vocatur a philosopho caro et os secundum speciem que semper manet. Sed quia illud cum sit modicum non sufficeret ad perfectam quantitatem debitam humane nature sine additione ideo adiungitur illud quod ex alimento generatur non solum ad hoc quod conservetur illud quod fuit a primis parentibus acceptum ut dicebat prima opinio sed etiam ad hoc quod compleatur ex singulorum additione perfecta quantitas et sic illud quod ex alimento generatur non est

de veritate humane nature in
hoc individuo proprie. Sed tamen secundario
in quantum est necessarium ad quantitatem debitam
et hoc nominat philosophus carnem et os
secundum materiam que fluit et refluit
Sed ex hoc tamen ex hoc aliquid seminaliter
transit in prolem et efficitur proprie
de veritate humane nature in ipso sine
admixtione alicuius quod fuit proprie
de veritate nature in patre
ut quidam voluerunt vel sine ad-
mixtione eius ut alii dicunt
quod est magis consonum dictis philosophi
in primo de animalibus qui vult
spermam totaliter esse de superfluo
alimenti. Et sicut illud quod generatur
ex alimento non potest esse quod sit
proprie de veritate humane nature
in ipso quod nutritur sed potest esse
de veritate humane nature
proprie in alio eiusdem speciei scilicet in filio
ipsius et secundum hanc opinionem dicunt
quod illud quod est proprie de veritate
humane nature in unoquoque totum
in ipso resurget non autem totum
quod ex alimento generatur sed solum
quod sufficit ad complementum quantitatis
cum potest complementum quantitatis tamen ad ve-
ritatem humane nature aliqualiter
pertineat. Et hec opinio consonat
sententie alexandri commenti
qui exposuit carnem secundum speciem
qua philosophus dicit semper manere
esse illud quod a parentibus tra-
hitur. Carnem vero secundum materiam
illud quod ex alimento generatur
et fluit et refluit. Sed secundum hanc
opinionem quam averroys reprobat
in tractatu quem fecit super librum
de generatione tamen nec illud quod
generatur ex alimento nutriat ipsum
est propria caro et augeat ipsum
est propria ista caro ut dicitur in 2o de
anima illud quod generatur ex ali-
mento postquam recipit speciem
carnis efficitur unum cum illo
cui prius adherebat caro secundum speciem
quia ipsius conversio iam est facta
unde non videtur esse aliqua
ratio quare calor naturalis
aliquid possit consumere de illa
humiditate carnis que ex alimento
generatur et non de humiditate que
a parentibus trahitur ut possit
aliquo necessario modo illud probare
ideo tam illud quod est a parentibus
acceptum quam illud quod est ex ali-
mento generatum equaliter se habet
ad hoc quod maneat vel consumatur
per calorem naturalem. Et ad hoc quod
restauretur per nutrimentum quod
est fluere et refluere et sic equaliter
pertinet ad veritatem humane
nature quod generatur ex alimento
et quod a parentibus trahitur. Et secundum
hoc est tertia opinio quod aliquid
convertitur in illud quod est principaliter
de veritate humane nature quantum
ad speciem et quantum ad individuum
ponit enim hec opinio quod secundum
utrumque sicut et quod ex alimento
generatur et quod a parentibus trahitur
indifferenter et equaliter forma
humana perficitur et utrumque idem
manet humide secundum speciem consumitur
autem et restauratur secundum materiam sicut
in aliqua republica diversi
homines numero ad communitatem
pertinent quibusdam morientibus
et aliis in locum eorum succeden-
tibus et non manet una respublica
secundum materiam quia sunt alii et alii
homines. Manet tamen una numero
quantum ad speciem sive formam propter ordinem
unitatis in officiis distinctis. Ita
etiam in corpore humano manet
caro et os et unaqueque pars carnis
numero quantum ad speciem et formam que
consideratur in situ determinato et virtute
et figura. Non autem manet quantum
ad materiam quia illa materia carnis
in qua talis forma erat plus
consumpta est et alia in locum eius
succedit sicut patet de igne
qui continuatur secundum eandem speciem
et modum per hoc quod consumptis quibusdam
lignis alia supponuntur que ignem
sustinent. Et secundum hanc opinionem
de utroque predictorum manet identitas

Valet quantitas ex alimento et
a parentibus tracta tantum
resurget quantum est necessarium ad speciem
et quantitatem debitam humane
generis vel corporis. Haec opinio
antiqua videtur rationabilior.
Secundum ergo opinionem. Sed primum
dicendum quod distinctio philosophi qua distin-
guit carnem secundum speciem et secundum
materiam non est sic accipienda
quod alia sit caro quae est speciei
a parentibus tracta et alia
quae sit secundum materiam ex alimento
generata sed una et eadem caro
ita potest considerari. Et secundum speciem
quia haec et secundum materiam. Et quod hoc
sic intelligit philosophus patet ex hoc
quod ipse dicit ibidem quod hic non
distinguitur caro secundum speciem et
secundum materiam sicut utrumque [illegible]
speciem in materia. In aliis autem habentibus
speciem in materia sicut est lapis et ferrum
et huiusmodi non habet locum praedicta
distinctio. Quo ad 2a ut per se patet.
Et ideo dicendum est alimentum quod con-
vertitur in carnem quae est secundum
speciem idem quod haec species. Sed non tamen
ita quod alimentum fiat species carnis
sed fiat carnis materia. Ratione cuius potest
dici quod convertitur quantum ad materiam
et non quantum ad speciem. Sed 2m dicendum
quod veritas humanae naturae et cuiuslibet
alterius rei est a specie et ideo tamen
illud quod est secundum speciem maneat quamvis
non maneat secundum materiam nihilominus
veritas humanae naturae manere
dicitur. Unde non oportet ut desinat
esse idem secundo modo propter mutationem
quae est secundum materiam nisi tota
materia sic a forma abstraheretur
ut aliam totaliter sic formam
accipiat. Hoc enim contingit cum
corrumpitur sic totus ignis unus
extinguitur et alius totus
accenditur. Si in corpore humano
aliqua pars materiae consumitur
et alia in locum eius substituitur
quae efficitur una materia cum praeexistenti
per hoc quod ei adiungitur ad sustinendum
eandem formam humani corporis
sicut si unum lignum ignis consumat
et aliud loco eius apponatur
erit idem ignis numero. Sed 3m
dicendum quod ad conceptionem humani corporis
duo concurrunt scilicet materia ex qua
formatur conceptum. Et item virtus
formativa quae conceptum format
quarum primam Augustinus vocat corpulen-
tiam secundam vero seminalem
rationem. Dicitur ergo primam utramque
istorum fuisse in Adam. Assignat
rationem scilicet materia conceptus producta est
per virtutem generativam matris eius
quae etiam fuit in Adam quia
ex costa viri autem formata
est in semine patris. Et utraque
istorum reducatur in Adam sicut
in primam originem a qua humanam
materiam traxerunt utriusque consequenter.
Corpus autem Christi formatum fuit
per virtutem spiritus sancti activam. Sed
materiam ministravit mater quoque ex purissi-
mis sanguinibus virginis
gloriosae conceptus est ut dicit
Damascenus et ideo non fuit
in Adam secundum seminalem rationem
sed secundum corpulentiam solam. Non
tamen ita quod eadem virtus quae est
in nobis et fuit in Christo praefue-
rit in Adam. Et ex hoc patet
continuatio ad sequentem. diuisio

Deinde quaeritur de his
quae pertinent ad culpam et
gratiam. Et primo quaeritur
de his quae pertinent ad
gratiam. Secundo de his quae
pertinent ad culpam. Circa primum ad
convenientiam ad gratiam requirebantur
primo de his quae pertinent ad
praelatos. Tertio de his quae
pertinent ad omnes generaliter constitu-
tum ad praelatus feruntur duo
primo de electione praelatorum utrum
scilicet sit necesse semper eligere meli-
orem vel sufficiat eligere bonum
secundo de honore exhibendo prae-
latis utrum scilicet mali praelati sint
honorandi. Articulus primus(?) ... vi

Ad primum sic proceditur. Videtur
quod necesse sit semper eligere
meliorem. Dicit enim lxi regum [illegible]

Eligite meliorem et eum ponite
sup solium patris sui ergo multo
forcius in spiritualibus officiis me-
liores preeligendi sunt Item apostolus
ad thimotheum 3o super illud Oportet
episcopum irreprehensibilem esse dicit
glosa Talis eligatur pontifex
cuius comparacione ceteri grex dicantur
ergo oportet in episcopum semper eligere
meliorem Item leo papa dicit
Ille qui melior est in presbiteris
et dyaconibus in episcopum eligatur
Item ille qui est perungar ad here-
ditatem xpi possidendam debet
preferri Sed xpo cuius primonium
possident clerici et prelati
Illi est melior est perungar
ergo ad prelaciones et officia
ecclesiastica semper sunt meliores
eligendi Item si alicui co-
missum esset a domino suo ut eius
deleret et ydoneum ministerium
quereret Non ageret fideliter
erga dominum suum si pretermisso
magis ydoneo minus ydoneum
acciperet Ergo multo magis
peccat ille cui commissum est
eligere aliquem in ministerium dei
si non eligat meliorem Sed contra
hoc decretum dicit quod sufficiat
eligere bonum ergo non requiritur
quod melior eligatur Respondeo dicendum
quod aliquis potest dici bonus vel
melior alio dupliciter uno modo simpliciter
et sic melior est qui in caritate
est perfectior Alio modo secundum quid
et sic aliquis dicitur melior alio
vel ad miliciam vel ad ministerium
vel ad prelaciones vel aliquid huiusmodi
Primo modo est melior simpliciter eo quod
in singulis officiis tam spiritualibus
quam corporalibus requiritur ali-
qua potest meliorem bonitatem
ad hoc quod aliquis sit ydoneus
ad illud officium exequendum
Unde est igitur quod oportet eligere ad
prelaturam vel ad ecclesiasticum officium
aliquem qui sit bonus simpliciter
quia per quodlibet peccatum mortale
aliquis redditur indignus ad quodlibet
spirituale officium Unde dionisius dicit
In epistola ad demophilum monachum
loquens de sacerdote qui non est
gracia illustratus non est iste sacer-
dos sed inimicus dolosus delusor
sui ipsius et lupus super divinum
populum pelle armatus ovina
Non tamen oportet quod semper
eligatur ille qui est melior simpliciter
possibile est enim quod illi qui est
in caritate perfectior deficiant
multa que requiruntur ad hoc
quod aliquis sit prelatus ydoneus
que in aliquo qui est minoris
caritatis inveniuntur ut sunt scientia
industria potencia et alia huiusmodi
Unde non oportet semper eligere
meliorem simpliciter sed eum qui melior
ad officium Si autem eligat quis
eum quem reputat minus ydoneum
ad tale officium peccat Non enim
potest esse quod de duobus unus alteri
preeligatur nisi potest aliquid in ipso
consideratum aliud aut quod consideratur
in eo qui est minus ydoneus ad hoc
quod magis ydoneo preferatur est
aliqua condicio indebite movens
ut familiaritas vel consangui-
nitas aut aliquid huiusmodi
Non enim potest esse aliqua condicio
pertinens ad prelati ydoneitatem
ex quo alter simpliciter magis ydo-
neus reputetur et sic indebite
movetur et sic erit ibi accepcio
personarum in tali eleccione que
sine peccato non fit Ad primum ergo
dicendum quod cum dicitur eligite meliorem
intelligitur de meliori ad talem di-
gnitatem Ad 2m dicendum quod in comparacione
prelati debent esse ceteri quasi grex
Non considerata sola sanctitate
morum sed discrecione et strenu-
itate et aliis huiusmodi que in
pastore exiguntur ad regendum
populum Ad 3m dicendum sic ad primum
Ad 4m dicendum quod ille qui eligitur
in prelatum non eligitur ad hereditatem
possidendam Cuius hereditas xpia-
norum non est in terra sed in celo
scilicet ipse deus secundum illud psalmiste
dominus pars hereditatis mee Eligitur
autem vel ut dispensator in familia domini aliarum

Qm illud pa ad corinthios pro
dic nos existimet homo ut
mistros xpi et dispensatores ic
dispensator aut ut sit eligitur
qui e qmquer sed q est magis
ydoneus Ad ytu dm q sftc
etia qtingeret in pcuracone
servi alicius dm temporalis
q no oportet acquire meliore
simr sed meliore homine ad
serviendu Ad illud qd obiatur
d qriu dm e q decretalis in-
telligenda e qstu ad hoc q no
oportet elige semp meliorem
simr sed sufficit elige bonu
ut dm q no loquitur qstu ad
foru co scie sed qstu ad forum
contenciosu i quo no resebatur
electio ex hoc si possit aliquis
alius magis ydoneus invenie
dumo ille qui eligitur ydoneus
sit alias em omnis electio ca-
lumniam patetur articulus 1

viij Ad 2m sic proceditur videtur
q malis platis no sit
honor exhibendus Dicit
em dicit boetius i lio
de cosolacone No possumus ad
honores reverendos iudicare
quos ipis honoribus reputamus
idignos sed mali plati no sunt,
honoribilis ergo no sunt indicandi
esse reverendi a suis subditis
pterea honor no debetur malis p-
latis nisi rone placonis Cu ergo
sint placone idigni sunt etiam
p qns idigni ad honores et
ad oia alia que sunt placomi
ppria Contra e q dicitur exodi
vicesimo honora prem tuu
glosa i platos Cu igitur distincte
loquitur videtur q omnes plati
tam boni qua mali sint hono-
randi Resio dm q in plato
duo possunt qsideraie scilicet ipaz
psonam et dignitatem sm qua
e quedam psona publica Si igitur
platus sit malus ipe racone
psone sue no e honorandus
quia tu honor sit reverencia
alicui exhibita ob testimoniu v-
tutis Sm testimoniu de eo
pferret si quis eu obtentu pre
psone honoraret Si aute e psona
publica sic gerit typum et locu
no simplr sed alterius scilicet xpi
i ecclesia uel reipublice totius
i dignitatibus secularibus et
sic honores no qputantur sm ppo-
nem sua sed sm eu cuius locum
possidet Sicut e de lapillo q
e i computacoibus loco centu
marcarum tn ipe nichil valeat
ut dr pverbiorum xxvi to Sicut
qui mittit lapidem in acervu
mercurii ita qui tribuit insipienti
honore Mercurius em v balbar-
deus raciocinii et mercacionis
Et ita e ei exhibendus honor
no ppter se sed ppter eu cuius locu
obtinet Sicut adoracio ymaginum
refertur ad pthotipu ut dicit
damascenus Unde etia malus
platus ydolo qparatur sic zacharie
undecimo dr O pastor et
ydolu delinquens gregem Ad
pmu ergo q intencio boecii e
dicere q mali homines no iudicantur
ut reverendi ut ppis psonis
eorum exhibeatur eis honor
ppter officiu in quibus sunt Ad
2m dm q malus platus est
idignus placoni et honoribus
que plato debetur Si ille cuius
vicariu gerit e dignus ut eius
vicario talis honor exhibeatur
sicut bta virgo digna e ut eius
ymagine in pariete depicta
veneremur qvis ymago tali
reverencia digna no sit

Deinde queritur divisio
de ptinentibus ad graz
qmunem omni statui Et
circa hoc queruntur tria
pmo de oroibus Utru oro
tm valeat facta p alio sicut
facta p se Scdo de suffragiis utru
magis psint paupei magis digno
qua diviti p quo specialiter fiunt
Tercio de votis utru votu simplex
dirimat matrimoniu

viij

Articulus octavus

Ad primum sic proceditur videtur
quod oratio plus valeat pro se
facta quam pro alio Ita
enim dicitur in quadam glosa quod spirituales
orationes plus valent sed illa est
maxime spiritualis quam quis pro se
orat Ergo plus valet oratio
pro se facta quam pro alio Preterea ut dicitur
in libro de spiritu et anima Oratio
nichil aliud est quam devocio
mentis in deum sed magis de-
vote aliquis orat pro se quam
pro alio ergo plus valet oratio
pro se facta quam pro alio Sed contra tanto
valet amplius quanto magis est
devota sed quandoque quis devocius
orat pro alio quam pro seipso ergo plus
valet oratio facta pro alio quam pro se
ipso Respondeo dicendum quod dux est valor
oracionis unius quod orationis proprius
secundum quem dicitur valere oratio ad impetrare-
dum illud quod petitur secundum quod oracio
petri valuit ad suscitacionem tabithe
Alius valor est communis oracionis
et aliis operacionibus virtutum
secundum quod oratio valere dicitur ad merendum
aliquid ipsi oranti prout caritate
formatur. sicut oratio petri qua
suscitacionem tabithe impetravit
fuit meritoria petro vite eterne
inquantum erat actus caritate informatus
Loquendo igitur de primo valore
ceteris paribus valet plus oratio
facta pro se quam pro alio quia efficacia
oracionis in impetrando fit dicte
suum effectum quam pro alio fit ex aliqua
impedimento quod invenitur in eo
pro quo oratur Unde una de condicionibus
oracionis que faciunt eam efficacem
ad impetrandum est ut aliquis pro se
oret Quantum autem ad secundum valorem
oratio magis valet que ex
maiori caritate procedit sive pro se
sive pro alio fiat Si autem de in-
teriori caritate per exteriora
opera debeat iudicari tunc ista
oratio dux fit intelligi Unde
ut aliquis ita oret pro alio quod eciam
pro seipso et tunc maioris meriti
est pro alio orare et pro seipso
quam pro seipso tantum maioris est
enim meriti amicum benivolum et
beneficum esse sibi et alii quam sibi
tantum. alio modo potest intelligi ut aliquis
oret pro alio et non pro se et ostendatur
aliquis esse benivolus magis quam
sibi et ita pertrahit in ordine
caritatis magis alium quam se
diligens et hoc modo intelligendo
quanto melius est orare pro se quam
pro alio Ad primum ergo dicendum quod illa
racio non est ad propositum quia spiritualis
oratio dicitur in glosa que pro quocumque
spiritualiter fiat sive pro se sive pro alio
Ad secundum dicendum quod licet ut plurimum
aliquis pro seipso devocius oret tamen
quandoque oret pro alio devocius Et
ita secundum hoc non potest sumi vere
iudicium que oratio plus valeat
Et similiter ad tertium est dicendum in contrarium

Ad secundum sic proceditur. articulus 9
videtur quod suffragia ecclesie
specialiter facta pro aliquo divite
equaliter valeant pauperi pro quo
fiunt si sint equalis meriti ut enim
dicit augustinus Quicumque suffragia
tantum valent unicuique post mortem
quantum meruit vivens ut sibi pro-
dessent Si ergo predicti duo equaliter
meruerint ergo equaliter proficient
eis predicta suffragia Preterea passio
christi semper plus prodest ei qui
maioris est meriti sed missa de
est eciam primum suffragiorum est memoria
passionis dominice ergo equaliter
proficit eis qui sunt equalis meriti
Sed contra deus accipit quicumque
suffragia secundum intencionem facientis
sed faciens intendit quod plus proficit
diviti pro quo facit ergo ei plus
proficit Preterea non est dicendum quod pia intencio
eorum frustraretur qui pro suis specialia
suffragia faciunt. frustraretur autem
si eis specialius non prodessent
ergo magis proficiunt eis pro quibus
fiunt Respondeo dicendum quod circa dux est
primo Et quidam enim dicunt quod
suffragia ecclesie specialiter pro aliquo
facta valent omnibus qui sunt in
purgatorio equaliter quidam quod his
qui sunt equalis meriti plus

vero hijs qui sunt maioris me-
riti minus vero hijs qui sunt mi-
noris meriti Sicut candela
accensa p(er) diuite i(n) domo eq(ua)lit(er)
p(ro)dest alijs qui sunt equalis
visus plus vero hijs qui sunt
maioris minus vero hijs qui sunt
minoris q(uam)uis sit diuiti magis
ad quedam honore p(ro) alijs et
sic eciam leccio q(ue) legitur sp(eci)alit(er)
p(ro) aliquo clerico illius sit
audientibus eq(ua)lit(er) tamen valentib(us)
qui sunt equalis capacitatis plus
hijs qui sunt maioris minus hijs
qui sunt minoris Alij vero dicunt
q(uod) suffragia plus valent hijs
p(ro) quibus sp(eci)alit(er) fiunt utraq(ue)
aut opinio s(ecundu)m aliq(uid) vera est
Ad cuius evidenciam sciendum est q(uod)
opera vnius non valent alteri no(n)
vnio q(uan)tum ad p(re)mium essenciale
q(uia) sic vnusquisq(ue) ex p(ro)p(r)iis actibus
meretur sed solum ad aliq(uo)d
accidentale gaudium nec q(uan)tum ad re-
missionem alicuius pene temporalis
Et sic suffragia viuorum p(ro)sunt
p(ro)desse defunctis duplici aut
communicato operum coniungit et
vnos ex vnione caritatis q(ua)
omnes x(rist)i fideles efficiuntur vnum
corpus et sic actus vnius quodam(modo)
non redundat immanet alteri
sicut et in membris corporalibus
videmus et sic iuuatur aliquis
ex actu alterius q(uan)tum quibus
existens in caritate gaudet de
quolibet bono opere et q(uan)to est
maioris caritatis tanto amplius
gaudet siue sit in purgatorio
siue in paradiso siue eciam in
mundo et q(uan)tum ad hoc vera est p(ri)ma
opinio Aliquo actus vnius fit
quasi alterius p(er) intencionem facientis
quia facit p(ro) illo et vice illius
q(uo)d valet p(ro)cesse in debitis sol-
uendis et sic suffragia alicuius
valent defunctis q(uan)tum vnus
soluit debitum satisfactorum quam mor-
tuos soluere tenebatur et sic
valor suffragij sequitur intencionem
facientis et q(uan)tum ad hoc 2a opinio est vera

Ad p(ri)mum ergo dicendum q(uod) meritum illud
de quo loquitur aug(ustinus) est meritum
donatum meretur enim aliquis
viuens ut sibi suffragia post
mortem valeant sed p(ro)pter eos fiunt
que quidem condicio magis exstat
in vno et minus exstat in alio Et
ideo non equalit(er) p(ro)sunt utrisq(ue) Ad
2m dicendum q(uod) passio x(rist)i fuit exhi-
bita p(ro) omnibus sacrificium at
misse sp(eci)alit(er) p(ro) aliquibus offertur
Et ideo non est simile Illud duo
concedimus etc. articulus x
Ad 3m sic proceditur videtur
videtur q(uod) votum simplex
continencie dirimat matri-
monium contractum Si enim aliquis
et alicui q(uo)d prius alteri dederit
ea dacio nulla est sed ille qui emi-
tit simplex votum continencie dat
corpus suum deo Ergo tamen postea
contrahendo matrimonium dat
corpus suum vxori contractus
iste matrimonij nichil vale(t)
videtur ergo etc. Contra est q(uod) de-
cretum dicit q(uod) votum simplex ma-
trimonium impedit contrahendum
sed non dirimit contractum Dicendum
dicendum q(uod) votum simplex non dirimit
matrimonium contractum sed solum
solenne Cuius racio patet si con(si)d(er)a(n)tur
vtriusq(ue) voti condicio In voto
enim simplici est sola p(ro)missio q(ua)
quis p(ro)mittit deo se continenciam
seruaturum Et sola aut p(ro)missi-
one non transfertur dominium rei
~~si non fit refundi p(er) pore p(ro)miss-~~
~~ionem~~ aliquis p(ro)mittat rem
aliquam alicui et postea dat eam
alteri huiusmodi dacio non potest re-
scindi p(er) pore p(ro)missionem q(uam)uis
male faciat dando Et sic ille
qui emisit votum simplex continencie
potest postmodum corpus suum tradere
vxori q(uam)uis peccet sic faciendo
tamen matrimonium non dirimetur
p(er) votum p(re)cedens In voto aut(em)
solenni est simul p(ro)missio et
collacio rei enim est votum solenne
q(uan)do sit aliquis enim voto consecratur
deo et ponitur i(n) aliquo statu
sanctitatis vel p(er) ordinis suscepcionem
vel p(ro)fessionem certe regule

Et no͂ p͂t ulterius corpus suu͂ trade
uxori et si tradiderit contractus
nullus e͂ et sic matrimoniu͂
dirimit͛ p͂ votu͂ solene no͂ at
p͂ simpx Racio aut͂ i͂ c͂triu͂ adducta
falsu͂ supponit sc͂ q͂ p͂ votu͂ simpx
aliquis dat corpus suu͂ deo
Non eni͂ dat sed p͂mittit ꝛc͂

Divisio

Deinde q͂rit͛ de hijs que p͂tinet ad
culpam Et circa hoc
q͂runt͛ q͂ p͂mo utrum
peccet qui ad ecclesiam vadit p͂t
distribuciones qui alias non
iret quamvis a principio p͂bendam
acceperit ut deo serviret Sc͂o
utru͂ aliquis h͂ns de superfluo
peccet si no͂ dat pauperibus
petentibus Tercio utru͂ q͂n
sint due diu͂se opiniones de
aliquo facto utru͂ ille qui sequit͛
minus tutam peccet sicut de plura
litate p͂bendarum Quarto utru͂
mediatiu͂ semp͂ sit peius Quinto
utru͂ q͂n aliquis intendit
peccare tu͂ peccet

Articulus

Ad p͂mu͂ sic p͂cedit͛ videt͛
q͂ ille qui vadit ad eccle
siam p͂t distribuciones
alias no͂ iturus peccet Ipse
eni͂ videt͛ obsequiu͂ divinu͂
qd͂ e͂ i͂p͂ciabile ponere sub p͂cio
rei t͂palis ergo committit simo
niam et ita videt͛ q͂ mortalit͛
peccet Sc͂o cu͂ ille qui facit votu͂
bona i͂tencione si postmodu͂
i͂ execucione voti mutet͛ voluntas
eius ut invitus faciat qd͂ volebat
p͂misit no͂ evacuat͛ meritum
voti ut videt͛ anshelmus dicere
in libro de similitudinibus ergo
eadem racione qui accepit p͂benda͂
ut deo serviat no͂ peccabit quamvis
postea mutet͛ eius i͂tencio Divisio
Dic͂ q͂ ad evidenciam huius q͂stionis
notu͂ e͂ q͂ aliquis actus dicit͛
spiritualis dupl͛ Uno͂ ex p͂te p͂ncipij
sc͂ actus q͂petit alicui p͂pt͛
p͂t aliquid spirituale qd͂ in eo est
Sicut epo͂ q͂secrare basilicas
et diacono legere evangeliu͂
et in talibus actibus committit͛ simonia

Si aliquis i͂tendat suu͂ actu͂ vende͂
alio modo e͂ aliquis actus spiritualis
no͂ ex p͂te p͂ncipij sed ex p͂te finis
tm͂ sicut doce͂ liberales artes
quarum vitas spiritualis e͂ Sc͂ h͂m͂oi
doctrina no͂ q͂petit alicui p͂pt͛ aliquod
spirituale officiu͂ cu͂ eciam gentilibus
h͂m͂oi artes liceat doce͂
Et in actibus committit͛ simonia
si vendat͛ finis qui e͂ spiritualis
sc͂ ipsa vitas Non si aliquis sua
op͂a docet celebrare igit͛ divinu͂
officiu͂ in ecclesia qd͂ actus spiritualis
plus no͂ q͂petit alicui ex hoc
q͂ e͂ clericus et ideo simoniam
committit qui h͂m͂oi actus vende͂
i͂tendit In qualibet aut͂ vendicione
p͂ciu͂ accipit͛ quasi finis Et
ideo i͂ p͂posito casu distinguendu͂
e͂ si eni͂ h͂m͂oi distribuciones
recipit quasi fine͂ sui operis
p͂ncipalit͛ intentu͂ simoniam commit
tit et ita mortalit͛ peccat Si
aut͂ h͂t p͂ncipalem fine͂ deu͂ i͂ illo
actu h͂m͂oi aut͂ distribuciones
respicit racio no͂ quasi finem
sed sicut illud qd͂ e͂ necessariu͂ ad
sua͂ sustentacio͂ꝫ constat q͂ vendit
actu͂ spiritualem et ita simoniam
no͂ committit nec peccat sic at
accepto distribucionu͂ no͂ e͂
causa quare ad ecclesiam vadat
sed p͂ h͂m͂oi deciatoriis causa
e͂ quare ut vadat no͂ alia vice
Et sic p͂ꝫ r͂nsio ad p͂mu͂ qd͂ no͂
ponit i͂p͂ciabile sub p͂cio sed illud
vo͂ qd͂ i͂ contrariu͂ obicit͛ dicu͂
q͂ tunc t͂r in ponere no͂ evacuat͛
meritu͂ voti q͂n i͂tencio voventis
fert͛ sup͂ licitu͂ ut cu͂ aliquis
vellet illud no͂ face͂ qd͂ vovit
si no͂ vovisset Si aut͂ ferat͛ di
recte sup͂ illicitu͂ tunc evacuat͛
meritu͂ voti ut cu͂ aliquis vult
absolute illud no͂ face͂ quod
vovit ille aut͂ qui vult ire
ad ecclesiam p͂ pecunia sicut p͂
fine p͂ncipali h͂t voluntatem
delatam sup͂ illicitu͂ Et ideo
peccat ꝛc͂

Articulus

Ad 2m͂ sic p͂cedit͛ videt͛ q͂
ille qui no͂ dat pauperi
petenti si habeat de superfluo

Peccat efficiat cum elemosina de superfluo est sub precepto habere primo unius quod superest date elemosinam ergo peccat si petenti non tribuit. Item aliquis tenetur inquirere de hiis que sunt precia ad salutem quod peccatum est ad salutem ut aliquis subveniat existente in extrema necessitate ergo tenetur quilibet inquirere utrum pauper sit in extrema necessitate vel statim si dedit. In contrarium est quia sic videtur quod omnes essemus dampnati. Responsio dicendum quod circa hoc distinguendum est supposito enim quod aliquis habeat de superfluo et respectu tamendum et respectu persone quod tenetur pauperibus erogare hac quod videt in paupere petente evidencia signa extreme necessitatis aut non. si videt certum est quod tenetur et peccat non dando. In hoc enim casu loquitur ambrosius pasce fame morientem si non pavisti occidisti. Si vero non appareat tunc non tenetur pauperi dare petenti quia quamvis teneatur dare superfluum pauperibus non tamen omnibus dare nec eciam huic dare sed tenetur distribuere secundum quod visum sibi fuerit oportunum. Nec tenetur inquirere quia hoc esset nimis grave quod de omnibus pauperibus inquireret et frequenter tenetur ad eum qui necessitatem patitur pertineat ut necessitatem suam exponat. Et hec patet responsio ad obiecta. Articulus

xiij An autem sit precedit videtur quod ille qui habet plures prebendas peccat ex hoc ipso quod opiniones magistrorum sunt contrarie quicumque enim committit se discrimini in hiis que sunt ad salutem peccat sed ille committit se discrimini ut videtur cum faciat contra multorum peritorum sententiam ergo videtur quod peccat. Sed contra potest esse quod in tali casu aliquis adhiberet diligenciam an habere plures prebendas sit licitum nec invenit aliquem qui eum moneat ad hoc quod sit illicitum. Ergo videtur quod sine peccato plures prebendas possit habere. Responsio dicendum quod duobus modis aliquis ad peccatum obligatur. uno faciendo contra legem ut cum quis fornicatur. alio faciendo contra conscienciam et si non sit contra legem ut si consciencia dictat alicui quod levare festucam de terra sit mortale peccatum ex consciencia autem obligatur aliquis ad peccatum si habeat certam fidem de contrario eius quod agit sua consciencia habeat opinionem cum aliqua dubitatione. Illud autem quod agitur contra legem simpliciter est malum nec excusatur per hoc quod est secundum conscienciam et sic quod est contra conscienciam est malum quamvis non sit contra legem. Quod autem nec contra conscienciam nec contra legem est non potest esse peccatum. Dicendum est igitur quod ubi sunt due opiniones contrarie de eodem oportet alteram esse veram et alteram falsam. Sunt igitur sicut ille qui facit contra opinionem magistrorum utpote habendo plures prebendas facit contra veram opinionem et sic tamen facit contra legem dei non excusatur a peccato quamvis non faciat contra conscienciam. Sunt illa non est vera sed magis contraria quam ille sequitur ita quod verum licitum habere plures prebendas. Et tunc distinguendum est quia aut talis habet conscienciam de contrario et sic tamen peccat contra conscienciam faciens quamvis non faciat contra legem. Aut non habet conscienciam de contrario sed certitudinem si tamen quandam dubitacione adducitur ex contrarietate opinionum. Et si maneret tali dubietate plures prebendas habet periculo committit et sic procul dubio peccat utpote magis amans beneficium temporale quam propria salutem. Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubietatem adducitur et sic non committit se discrimini nec peccat. Unde patet responsio ad obiecta. Deinde queritur aliud articulum 18

xiiii Ad quartumdecimum sic proceditur videtur quod omne mendacium non sit peccatum. Maius enim peccatum est homicidium quam mendacium. Sed homicidium potest licite fieri ut cum iudex occidit latronem ergo et mendacium. Preterea in sacra scriptura quidam laudantur qui tamen mentiti esse intelliguntur ut obstitrices iudeorum et iudith ergo mendacium non semper est peccatum. Sed contra est quod augustinus dicit in libro de mendacio. Responsio dicendum quod quecumque aliquis actus aliquam habet deordinacionem inseparabiliter annexam nunquam bene potest fieri quia ipsa deordinacio est aliquid superfluum vel diminutum. Et ita non potest in tali actu medium accipi in quo virtus consistit ut patet per philosophum 2o ethicorum. Huiusmodi autem actus est mendacium. Ad hoc enim inventa sunt verba vel voces ut sint signa intellectuum ut dicitur primo periermenias. Et ideo cum aliquis voce enunciat quod non est iuncte illud importat nomine mendacii et ibi est deordinacio vel per abusum vocis. Et ideo concedimus quod mendacium semper est peccatum. Ad primum ergo dicendum quod homicidium non est peccatum quia in ordinacione habet inseparabiliter annexam. Homicidium enim plus importat quam occisio hominis. Composita enim nomina frequenter plus important quam componentia. Importat enim homicidium occisionem hominis indebitam. Et ideo homicidium nunquam est licitum. Quamvis hominem occidere aliquando liceat. Ad 2m dicendum quod sicut augustinus dicit in libro de mendacio et habetur in glosa super illud psalmiste perdes omnes qui loquuntur mendacium dupliciter aliquis laudatur in scriptura quidam propter perfectum statum virtutis et horum facta proponuntur omnibus in exemplum et de talibus non loquitur quod mentiti sunt sed si aliqua dixerunt que mendacia videntur secundum intencionem qua existimantur facta sunt attendantur mendacia non sunt. Quidam vero laudantur propter virtutis indolem et sic de aliquibus mendacium legitur maxime officiosum sicut patet de obstitricibus. Non enim commendantur quia mentite sunt sed propter misericordiam ex qua in mendacium inciderunt et sic apparet in eis indoles vel affectus virtutis non autem perfecto.

Ad 15um sic articulus xv

Ad quintumdecimum sic proceditur videtur quod quicumque non oportet si aliquis intendat peccare mortaliter quod peccet propter hoc mortaliter. Deus enim pronior est ad miserandum quam ad puniendum ut habetur in glosa in principio Jeremie. Sed si aliquis intendat peccare venialiter non sequitur quod propter hoc peccet mortaliter ergo nec oportet quod qui intendit peccare mortaliter quod propter hoc peccet mortaliter. Sed contra quicumque intendit peccare mortaliter facit contra conscientiam. Sed omnis talis peccat mortaliter ergo etc. Responsio dicendum quod impossibile est quod aliquis intendat peccare mortaliter vel venialiter. Malum enim est preter intencionem ut dicit dyonisius 4o capitulo de divinis nominibus. Sed si aliquis intendit facere aliquid quod credit esse mortale peccatum et ex hoc dicitur quod intendit peccare mortaliter. Predicta igitur questio nichil aliud querit nisi si aliquis credit quod hoc esset peccatum mortale quod facit peccat mortaliter. Sed an necesse est quod sit veniale si credat veniale esse ut si fornicator credat esse peccatum veniale. Ex questionis de facili patet solucio quia cum conscientia eciam erronea habeat vim ligandi ex hoc ipso quod contra conscientiam facit mortaliter peccat. Error autem conscientie quandoque habet vim absolvendi sive excusandi quando scilicet procedit ex ignorancia eius quod aliquis scire non potest vel scire non tenetur.

Et in tali casu quamvis sit de se sit mortale tamen credens peccare venialiter peccaret venialiter. Sicut si aliquis credit accedere ad uxorem suam causa delectationis et ita intendit peccare venialiter si ei alia supponeretur eo nesciente venialiter peccaret. Quandoque error conscientie non habet vim absolvendi vel excusandi quia scilicet ipse error peccatum est ut procedit ex ignorantia eius quod quis tenetur scire et potest scire. Sicut si credat fornicationem simplicem esse peccatum veniale et tunc quamvis credat peccare veniali non tamen peccaret venialiter sed mortaliter. Et sic patet responsio ad obiecta. Divisio

Deinde queritur de hiis que pertinent ad penam et gloriam. Et primo de hiis que pertinent ad penam, secundo de hiis que pertinent ad gloriam. Circa penam autem queritur primo de pena spirituali, secundo de pena corporali dampnatorum. Circa primum duo queruntur: primo utrum dampnati videant gloriam sanctorum et maxime post diem iudicii; secundo utrum dampnati vellent suos propinquos esse dampnatos. Articulus

xvi Ad primum sic proceditur. Videtur quod dampnati post diem iudicii videant gloriam sanctorum. Sicut se habet gloria ad miseriam ita miseria ad gloriam. Sed de perfectione glorie sanctorum est ut videant miseriam dampnatorum ut habetur ysaie ultimo: Et egredientur et videbunt cadavera impiorum. Ergo et de perfectione miserie dampnatorum est ut videant gloriam sanctorum. Et sic post diem iudicii cum in miseria perfecta erunt dampnati videbunt gloriam sanctorum. Preterea post diem iudicii nulla afflictio a dampnatis abstrahetur. Sed nunc affliguntur dampnati de hoc quod vident gloriam sanctorum secundum illud ysaie quadragesimo sexto: videant et confundantur zelantes populi. Ergo et post diem iudicii gloriam sanctorum videbunt. Contra omnis delectatio ita a dampnatis post diem iudicii subtrahetur. Sed videre sanctorum gloriam est quedam delectatio. Ergo et cetera. Responsio dicendum quod videre gloriam sanctorum dupliciter contingit. Uno modo ut capiatur quid sit ipsa gloria et qualis et quanta. Et sic illam potest videre gloriam nisi qui est in gloria. Superat enim et desiderium et intellectum eorum qui non sunt in ea. Hec enim est manna absconditum et nomen novum scriptum in calculo quod nemo novit nisi qui accipit ut habetur apokalipsis 2o. Alio modo potest videri gloria beatorum ut videatur ipsos beatos esse in quadam gloria inenarrabili et excedente intellectum. Et sic dampnati ante diem iudicii videbunt gloriam sanctorum, non autem post diem iudicii quia tunc erunt penitus a sanctorum consortio alienati ut qui ad summum iam miserie pervenerunt. Et ideo nec etiam sanctorum consortio digni habebuntur. Tamen videns aliquo consortium est cum eo quod videt. Ad primum ergo dicendum quod videre miseriam dampnatorum omnino erit sanctis ad gloriam. Gaudebunt enim de iusticia dei et de sua evasione secundum illud psalmi: Letabitur iustus cum viderit vindictam. Sed videre sanctorum gloriam aliquid perfectionis importat quia post diem iudicii dampnati punientur. Ad secundum dicendum quod dampnati in inferno existentes post diem iudicii memores erunt glorie sanctorum quam ante et in iudicio viderunt et sic cognoscent eos esse in maxima gloria quamvis non videant ipsos beatos nec eorum gloriam et ita invidia torquebuntur. Et sic afflictio que est in eis nunc ex tali visione manebit visione abstracta de qua etiam magis dolebunt

Videntes se etiam sanctorum visione
indignos reputatos. Ad illud
quod in contrarium obicitur dicendum quod videre
sanctorum gloriam non est materia delectacionis
nisi secundum primum modum visionis visi-
onis videat qualiter a dampnatis
nunc videtur. Secundo autem non vide-
et non habere est magis afflictionis
causa propter invidiam articulus

xvij Ad 2m sic proceditur videtur quod
dampnati non vellet suos
propinquos esse dampnatos
dicitur enim luce 16o quod in inferno
dampnatus potebat lazarum mitti
ad fratres suos ut testaretur illis
ne venirent in locum tormentorum
peticio autem est voluntatis designativa
ergo dampnati non velunt suos propinquos
dampnari. Contra est quod dicitur super
ysaye 14mo Surrexerunt de sol-
liis dicit glosa Solacium est dap-
natis socios habere sue miserie
ergo ipsi vellet omnes esse damp-
natos Responsio dicendum quod vicia spiritualia
in dampnatis non consumetur quod
significatur ezechielis 32o ubi dicitur
de ipsis qui cum armis suis ad in-
fernum descendunt et ideo in eis
perfecta invidia est ad quam pertinet
dolor de bono alterius quod ipse
non habet. et sic etiam vellet omnes
pati mallis quod ipse patitur. libe-
rare enim a malo quoddam bonum est
que quidem invidia in aliquibus etiam
in hac vita in tantum invalescit ut
suis propinquissimis etiam invideat
de bonis que non habent ipsi Unde
multo amplius dampnati invidia
stimulate vellet suos propinquos
cum omnibus aliis esse dapnatos
et dolebunt si sciant aliquos
salvatos Sed tamen si non possunt
dapnari sed aliqui salvari
magis vellent suos propinquos
quam alios a dampnatione liberari
quia in hac etiam invidia torque-
buntur si videant alios salvari
et suos dampnari. et per hunc
modum dives dapnatus nolebat
suorum fratrum dapnacionem et sic patet
obiecta etc. articulus cum decisione

Deinde queritur de pena xviij
corporali dampnatorum Utrum
sit ibi tantum pena ignis vel
etiam pena aque Et videtur
quod sit per illud Job 24to de impiis
Transibunt ab aquis nivium ad calo-
rem nimium Sed contra omnis delectacio
et refrigerium a dapnatis aufertur
sed non potest esse sine quodam re-
frigerio quod aliquis afflictus calore
ad frigus aque transeat vel econtra
ergo talis penarum alternacio non
est in dapnatis Responsio dicendum quod sicut
dicit basilius exponens illud
psalmiste Vox domini intercidentis
aquas etc. in finale mundi ignis di-
videtur et alia elementa et quicquid
in eis est pulcrum et clarum rema-
nebit superius ad gloriam beatorum
Quod vero est in eis feculentum et
penosum descendet in infernum ad
penam dampnatorum Et ita tota
fex totius creature in infernum
colligetur et circa dampnatos
in pena Et ideo non solum patietur
pena ignis Iustum est enim quod
qui creatorem offenderunt ab omni
creatura puniantur Unde dicitur
sapiencie 5to quod orbis terrarum
pugnabit pro illo contra insensatos
Ad illud autem quod in contrarium obicitur
dicendum quod ex huiusmodi variacione
penarum nullum erit in dapnatis
refrigerium ignis enim et aqua
et huiusmodi non agunt in corpora
dapnatorum actione nature ita
quod relinquant suas qualitates
in corporibus dapnatorum secundum
esse nature Sic ignis relinquit
calorem in lignis que facit calida
aliaque cum contraria non possunt esse
simul in eodem oporteret contraria
dampnatorum suas qualitates perderent
Et sic pro similitudine natura organorum
oporteret ut fieret pena minus
sensibilis Sed agunt in corpora
dampnatorum actione spirituali in
quantum quo sunt qualitates corporibus
dampnatorum secundum esse spirituale
per modum quo species caloris est in
aere vel etiam in pupilla non ita quod fiat

Colorata unde corpora dampnatorum sencient afflictionem ignis sine hoc quod generatur in natura ignis Et ideo varietas penarum non facit eis ad refrigerium Refrigerium enim non ex alternacione penarum proveniens causatur ex dissimilitudine nature igitur per refrigerium aque superfluitas calefactionis removetur et sic ad medium venitur quod est delectabile Divisio

Deinde queritur de gloria beatorum Et circa hoc queruntur duo Primum utrum beatitudo sanctorum principaliter consistat in intellectu quam in affectu vel econverso Secundo utrum per primo beati ferantur ad videndum quantitatem Christi quam eius deitatem Articulus

xix Ad primum sic proceditur videtur quod beatitudo sanctorum principaliter consistat in intellectu Sic enim dicit augustinus decimo confessionum beatitudo est gaudium de veritate sed veritas pertinet per se ad intellectum ergo et beatitudo Preterea Johannis primo dicitur hec est vita eterna ut cognoscant te solum deum et quem misisti ihesum christum Cognicio autem ad intellectum pertinet ergo et vita eterna sive beatitudo Preterea augustinus dicit in primo libro de trinitate quod visio est tota merces merces autem est beatitudo ergo pertinet per se ad visionem intellectus Sed contra premium respondet merito sed meritum per se consistit in voluntate ergo et beatitudo que est premium Preterea dicitur quod felicitas sive beatitudo in opere consistit et non in habitu ut philosophus probat in primo ethicorum Unde beatitudo hominis potest comparari ad aliqua potencia anime dupliciter Uno sicut obiectum potencie et sic beatitudo principaliter comparatur ad voluntatem notat enim beatitudo ultimum finem hominis et summum ipsius bonum finis enim et bonum sunt obiectum voluntatis Alio modo sicut actus ad potenciam et sic beatitudo originaliter et substancialiter consistit in actu intellectus formaliter autem et completive in actu voluntatis quia in proposito est ipsum actum voluntatis esse

ultimum finem hominis ultimus enim finis hominis est illud quod est primo desideratum Non autem potest esse quod primo volitum sit actus voluntatis prius enim est potenciam ferri in aliquod obiectum quam quod feratur super actum suum prius enim intelligitur actus alicuius potencie quam reflexus eius super actum illum actus autem terminatur ad obiectum et ita quelibet potencia prius fertur in obiectum quam in suum actum sicut visus prius videt colorem quam videat se videre colorem et ita eciam voluntas prius vult aliquod bonum quam velit se velle et sic actus voluntatis non potest esse primum volitum et per consequens nec ultimus finis Sed quotienscumque aliquod bonum est exterius desideratum quasi finis ille actus ut est nobis quasi finis interior quo primo perfecte attingimus ad ipsum Sicut dicimus quod comestio finis est et beatitudo eius qui ponit cibum finem suum Et avaricia eius qui ponit finem suum pecuniam Finis autem nostri desiderii deus est Unde actus quo ei primo coniungimur est originaliter et substancialiter nostra beatitudo Primo autem deo coniungimur per actum intellectus et ideo ipsa dei visio que est actus intellectus est substancialiter et originaliter nostra beatitudo Sed quia iste actus perfectissima est et convenientissimum obiectum ideo consequitur maxima delectacio que quidem decorat ipsam operacionem et perficit eam sicut pulcritudo iuventutem ut dicit in x ethicorum Unde ipsa delectacio que est voluntatis est formaliter complens beatitudinem et ita beatitudinis ultime origo est in visione complementum autem in fruicione Ad rationes quo primo racones concedende sunt quia concludunt quod beatitudo originaliter consistit in actu intellectus Ad id quod obicitur in contrarium dicendum quod meritum consistit in agendo principaliter autem in recto actu qui principaliter pertinet ad voluntatem quia ipsa movet omnes alias vires Sed retencio prius pertinet ad intellectum quam voluntatem

ix

Unde primum proprius intelligitur
intellectui mediatum vero voluntati

xx **Articulus**

Ad 2m sic proceditur videtur
quod beati in gloria prius ferantur
ad contemplandum cristi deitatem
quam eius humanitatem Altissimo
enim statui altissimus actus primo
et principaliter competit sed beati
sunt in statu altissimo Cum ergo
actus intelligencie que est potencia
altissima cum quo est fieri in deum
sit actus altissimus iste nobilissimus
videtur quod hic actus primo beatis
competit ut deum contemplentur
Preterea sicut ad perfectionem vie
pertinet nos ab inferioribus ad
superiora contemplanda conscendere
sed beatis erit perfecto contraria
perfectioni vie ergo ipsi econverso
per prius superiora contemplabuntur
et sic prius deitatem quam eius
humanitatem Sed contra ad extremum
non pervenitur nisi per medium Sed
medium inter deum et hominem
est Christi humanitas prima ad thimo-
teum secundo Mediator dei et hominum
homo Christus Jhesus ergo sancti non per-
veniunt ad contemplacionem
deitatis cristi nisi prius contem-
plando eius humanitatem.
Responsio dicendum quod unusquisque
prius considerat racionem a qua
secundum racionem operetur
beati autem adeo sunt deo coniuncti
ut ipse sit eis recta racio cuiuslibet
cognicionis et operis Aliter
enim actus beatitudinis per aliquas
condiciones et operaciones im-
pediretur Et ideo illud ad quod
sancti primo intendunt est ipse
deus et ipsum habent medium
cuiuslibet cognicionis et regulam
cuiuslibet operacionis Et sic per
prius contemplantur deitatem
cristi quam eius humanitatem
In utraque tamen contemplacione
delectacionem invenient ut dicitur
iohannis 10mo ingredientur scilicet
beati ad contemplandum deitatem
Christi et egredientur ad contemplandum
eius humanitatem et utrobique
pascua invenient in delectacione Et
exponitur primo de spiritu et anima
Quas igitur racionem concedimus
Ad illud autem quod in contrarium est obiectum
dicendum quod racio illa procedit
quantum ad statum vie in qua
sumus deo imperfecte coniuncti Ideo o-
portet nos ad deum per cristum
accedere Sed cum iam deo in beati-
tudine coniuncti erimus per prius
attendemus cristi deitati quam eius
humanitati etc. **Divisio**
Deinde quesitum est primo
de capite id est cristo De-
inde de membris eius
De cristo questum est tri-
pliciter primo quantum ad naturam
divinam Secundo quantum ad unionem
humane nature ad divinam
Tercio quantum ad species sub quibus
in sacramento altaris continetur

Sequitur quotlibetum ix .i.

Circa primum queritur utrum
deus possit facere infinita
esse actu et videtur quod non
deus enim potest facere maius aliquid
omni eo quod facit quia eius
potenciam non adequat opus
ut dicit hugo de sancto victore
Sed infinito in actu non potest esse
aliquid maius ergo non potest esse
quod deus faciat infinitum in actu
Sed contra deus potest plus
facere quam homo possit dicere
ut quidam dicit ibidem dicit etc

Ad 7m sic **Articulus**
Ad procedituri videtur quod angeli
non possunt in haec corpora
inferiora agere Actio enim esse non
potest nisi inter ea que habent aliquam
convenienciam ad invicem Sed angeli
non habent convenienciam cum istis corporibus
cum corporalium et incorporalium cum
genus non sit unum ut dicitur in 10mo
methaphysice ergo angeli in haec corpora
non possunt agere Item si agunt an-
geli in haec corpora aut agunt per
imperium aut per influenciam Si per
imperium equaliter agere possunt
in propinqua et in distancia quod est con-
tra Damascenum qui dicit quod ubi an-
geli operantur ibi sunt Si vero per influxum
oportet quod illud influxum per
medium transeat medium autem cor-
porale non est receptivum spiritualis
impressionis ergo nullo modo possunt
agere angeli in haec inferiora cor-
pora nec in animas nostras Item
non potest dici agere vel influere
sicut fons influit rivo ut idem
numero quod prius est in angelo post-
modum in istis inferioribus fiat
quia sic in agendo aliquid amitteret
Nec iterum illud quod in hiis inferio-
ribus recipi dicitur per eorum influxum
creando quia angeli creatores
non sunt Nec iterum deducendo de
potencia in actum Contra est quod
Augustinus 3o de trinitate dicit
Quod ea que divinitus in corporibus
fiant ministerio angelorum fiunt
Gregorius etiam dicit in 4to
dialogorum quod omnia corpora per
spirituales substancias administrantur Respon-
deo dicendum quod de actione angelorum in
haec inferiora corpora diversorum
diversa est opinio Quidam enim
dicunt quod angeli non agunt in haec
inferiora corpora nisi mediantibus
corporibus celestibus que a substantiis
incorporeis moventur secundum philosophos
Avicenna enim vult in sua methaphysica
et in libro de naturalibus quod dum influunt
in haec inferiora virtus per motum orbium
per imperium immediate

Quia forme intellectus corporum sunt factive secundum eum sensibilibus obedit eorum conceptionibus plus quam quibuscumque aliis activis et passivis. Et exinde est, Et exinde est secundum eum quod in istis inferioribus fiunt aliquae transmutationes quas ex conceptionibus superiorum substantiarum praeter totum ordinem causarum naturalium. Sed licet opinio secunda repugnat dictis Augustini in 3o de Trinitate ubi dicit quod angelo non servit ad nutum materia corporalis. Quia non est ibi proportionata potentia respectu illius actus quo substantiae spirituales in actu sunt. Oportet autem agens quod educat potentiam in actum esse materiae proportionatum. Unde non potest esse quod virtus substantiae spiritualis creatae se extendat ad materiae transmutationem immediate sed mediante aliquo agente naturali. Quamvis tamen obediat corporalis materia eis ad formalem transmutationem, tamen non obedit eis totaliter ad motum localem. Et per quam virtutem possunt congregare et circumponere aliquas agentia naturalia ad aliquem effectum perficiendum. Ea vero ad quae nulla virtus naturalis se extendit fiunt divina virtute quae sola potest naturalem ordinem immutare. Sed quia mentes nostrae sunt proportionatae et propinque ad recipiendum actionem angelorum. Ideo in mentes nostras agere possunt dicunt. Unde confortando intellectum nostrum sicut corporibus minus calidis confortatur per magis calidum. Vel alio per agens naturale ipsum intellectum sicut etiam agit in corpora. Et hoc est, ipsum [?] aliquo angelico illustrante fantasmata ad aliquas nobiliores conceptiones exprimendas quam intellectus agens exprimere posset.

Ad primum ergo dicendum quod angeli habent convenientiam cum istis inferioribus corporibus quae continua movent ad motum. Unde cum movent motu locali corpora non solum illa caelestia immediate sed etiam inferiora ut sit sententia nostra de actione angelorum in corpora sic media

inter duas opiniones praedictorum praedictas. Ad 2um dicendum quod angelus agit in haec corpora movendo ea localiter per imperium. Et hoc dicit virtute activa qua oportet aliquo modo contingere corpus motum cum movens et motum oporteat esse simul ut probatur 7o physicorum. Ad 3um vero quia influere in animam confortando eam ad intelligendum non oportet quod transeat per medium corporale. Tamen hoc facit spiritualis ordo quod in corporalibus fit secundum Augustinum. Animae vero nostrae ordine naturae sunt contiguae ipsis angelis sicut et angelus inferior superiori tamen non oportet quod interveniat medium corporale. Ad 4um dicendum quod angelus nec in anima nostra nec in materia corporali aliquid creat sed solum educunt de potentia in actum et quamvis naturale agens de potentia in actum educere possit non tamen ita perfecte sicut angelus.

Divisio

Deinde quaeritur de hiis quae pertinent ad hominem. Et primo quantum ad naturam. Secundo quantum ad gratiam. Tertio quantum ad culpam. Quarto quantum ad gloriam. Quantum ad naturam quaeruntur duo. Primo utrum vegetativa et sensitiva anima sit a creatione. Secundo utrum imperare sit actus voluntatis vel rationis.

Articulus

Ad primum sic proceditur. Videtur quod anima vegetabilis et sensitiva educatur in esse per creationem. Ut enim dicit Augustinus in libro de vera religione, substantia vivens naturae ordine praefertur substantiae non viventi. Sed anima sensibilis et vegetabilis sunt substantiae viventes. Ergo sunt nobiliores substantiis non viventibus. Aliquae autem substantiae non viventes immediate a deo creatae ut elementa huius mundi. Ergo et anima sensibilis et vegetabilis immediate a deo creantur. Cum nobilitas facientis demonstret nobilitatem facti. Praeterea omne illud quod competit fieri vel fit ex nichilo vel fit ex aliquo. Sed anima non habet materiam partem sui.

fit ex nichilo sed anima vegetabilis et sensibilis non fit ex aliquo quod habeat materiam partem sui ergo relinquitur quod fiant ex nichilo et sic exit in esse per creationem. Confirmatio medie omne quod proprie habet esse, si non semper fuit proprie dicitur fieri. Sed anima sensibilis proprie et vere habet esse quia sit forma operans movet enim corpus. Nichil autem habet propriam operationem nisi quod habet proprium esse ergo cum anima sensibilis cuiuslibet animalis non semper fuit proprie competit ei fieri. Et sic restat ut creetur. Sed contra est quod plus dicit in 2o de anima quod sensitivum mutatum prima fit a generante, prima autem mutatio sensitivi est sicut qua acquirit actum primum qui est esse anima ergo sensitiva fit per generationem et non per creationem. Confirmatur omne illud quod precedit in semine hominis animam intellectivam est per generationem vegitativum et sensitivum est huiusmodi quia prius est vivum quam animal et animal quam homo sicut patet in xvi° de animalibus ergo et anima sensibilis et vegetabilis est per generationem. Probatur cum deus in instanti operetur, natura vero successive. Unde illud quod per actionem successivam exit in esse est ab aliquo agente naturali. Sed anima sensibilis et vegetabilis producuntur actione successiva quia determinato spacio temporis vivificatur conceptus et sensificatur ergo anima sensibilis et vegetabilis fiunt a naturali agente et non per creationem.

Responsio dicendum quod circa hanc questionem est duplex opinio. Quidam enim dicunt animam sensibilem et vegetabilem esse ex creatione. Alii vero extraducte. Et ista divisio apud philosophos invenitur non solum de istis animabus sed etiam de omnibus formis substantialibus. Quidam enim ut Plato et sui sequaces Avicenna posuerunt omnes formas ab extrinseco esse qui principue ex duobus movebantur. Primo quidem quia cum forme non habeant materiam partem sui non possunt fieri nisi ex nichilo. Unde oportet quod a creante fiant. Secundo quia in rebus inferioribus non videbant principia activa nisi qualitates activas et passivas quas videbant insufficientes ad productionem formarum substantialium cum nichil agat ultra suam speciem. Sed tamen in hoc videntur esse decepti quod attribuebant fieri istis proprie formis. Cum tamen fieri non sit nisi compositi cuius sicut proprie est esse. Forme enim dicuntur non ut subsistentes sed ut quibus composita sunt. Unde et fieri dicuntur non per se sed per factionem suppositorum que fiunt in transmutatione materie de potencia in actum. Unde sicut composita fiunt per agencia naturalia ita etiam forme que non sunt subsistentes. Qualitates autem active et passive agunt ad formas substantiales in virtute substancialium formarum quarum sunt instrumenta sicut calor ignis agit ut instrumentum anime nutritive ut dicitur in secundo de anima. Anima autem vegitabilis et sensibilis non sunt forme subsistentes alias remanerent post corpus. Unde oportet quod fiant a generante per actionem compositorum. Sic et cetere forme materiales. Sola autem anima intellectiva quia est subsistens et manet post corpus est ab extrinseco per creationem. Sed et sensibile et vegitabile intellectivum in homine divisio istius anime inducitur. Hic etiam vegitabilis et sensibilis homo a generante erit. Sed quia hec opinio repugnat dictis philosophorum quod in uno animato unam animam tantum posuerunt ad quam omnes operationes anime pertinet. Et etiam est contra dicta sanctorum probantium dualitatem animarum

Ut patet in libro de ecclesiasticis
dogmatibus. Ideo approbata opinione quod in
homine sit tantum una substantia anime cuius
potentie sunt vegetativa sensitiva et
intellectiva dicimus quod anima hominis
que omnes has potentias anime
sustinet a deo creatur et quod per
generacionem naturalis agentis fiat
ut corpus organicum actu perfici-
atur per potentias que sunt corporalium
partium actus. Ad secundum ergo dicendum quod
anima vegetabilis et sensibilis non
sunt forme diminute sic nec subsistentes
sed perfecta vivendi et essendi. Et
iterum non oportet si quid est minus
nobile sit a deo immediate quod etiam
quod est magis nobile. Cum quidem deus
cui non habeat limitatam virtutem
ut agat necessitate nature sed agere
et nobiliora et minus nobilia secundum
suam voluntatem sic immediate produxit
prima individua brutorum animalium
quibus tamen homines qui nunc
generantur ex semine nobiliores
sunt. Ad tertium dicendum quod anime sensitive
non convenit per se esse nec fieri
nec operari. Nulla enim est actio
anime in qua corpus non com-
municet. Est enim duplex motiva
anime sensitive una que imperat
scilicet appetitiva cuius actus constat
quod non exercetur sine corpore. Alia
que imperium exequitur que affi-
xa musculis et nervis est principium
motus in eis secundum quam ipsa dis-
tinctio partium corporalium fiat quod
una pars animalis est immobilis et alia
mota. Et ita potest movere ex se.
Alia que sunt in contrarium conce-
dimus nisi quantum pertinet ad speciem
in quantum semine communis vegetativa
precedat et sensitiva anima et anime
perfecte. Nam secundum avicennam
in generacione animalis ex semine
intervenirent multe generaciones etc.

xii Ad secundum sic. Articulus
Procedit. Videtur quod imperare
sit actus racionis. quia philosophus
dicit primo ethicorum racio recta
ad optima deprecatur et obedit ei
quod est continentis. Ergo imperare
et deprecari et similiter movere videtur
ad racionem pertinere. Sed contra imperare
ad dominum pertinet sed nos sumus
domini nostrorum actuum per voluntatem
ergo imperare est actus volun-
tatis. Responsio dicendum quod in imperio
duo sunt quorum unum est racionis
aliud voluntatis. Cum enim imperat
intimat ad faciendum quod voluntatis
est. Ipsius enim est movere per
modum agentis. Et iterum ordinat
eum cum imperat ad exequendum
illud quod imperat. Et hoc ad
racionem pertinet cuius est ordi-
nare. Et si duorum horum ordo
consideretur videtur primum esse incli-
nacio voluntatis in aliud per
electionem. Et postea in principio
execucionis ordinatur motus per
quos fieri debeat quod electum
est. Et sic imperium erit immediate
actus racionis sed voluntatis
quasi primo moventis. Et per hoc
patet solucio ad obiecta. Articulus xiii

Deinde queritur quantum ad
tertiam pertinet. Utrum cari-
tas secundum essenciam augeatur
et videtur quod non. Cum enim
augmentum sit quedam mutacio
vel variacio quod mutatur vel va-
riatur secundum essenciam aut generatur
aut corrumpitur. Non enim generatur
cum prius fuerit. Postea caritas
non sit caritate nisi formaliter
sed virtus caritatis est ipsa essencia
eius ergo quantitas caritatis
est essencia eius ergo non potest quod va-
rietur quantitas caritatis sine
variacione essencie. Et per hoc secundum
suam essenciam oportet quod essencia
eius vel generetur vel corrumpatur.
Sed contra predicatum essenciale respondet
ipsi essencie caritatis. Sed quando
proficitur ad maius predicatum essenciale
ergo in eis caritas secundum essenciam
augetur. Responsio dicendum quod caritas secundum
suam essenciam augetur. Sed nondum
est quod licet positio varias habitu-
dines importat. Cum quidem enim denominat
subiectum ut cum dicitur ille est albus
secundum hunc per hec est subiectum albedinis

Crucis vel forma ut cum dicitur ille
est coloratus secundum albedinem Cum
ergo dicitur aliquis secundum hoc moueri
potest intelligi ad speciem uel forma
Cum enim dicitur ille mouetur secundum
manum notatur specierum motus
Cum vero dicitur ille mouetur secundum locum
notatur quod forma specificat motum
Dicit ergo cum dicimus caritatem
secundum essenciam augeri denotatur
specierum augmenti ut sit sensus
per essenciam caritatis augetur
sicut cum dicimus album augetur secundum
essenciam suam Non autem designatur
forma specificans motum ut sit
sensus augetur secundum essenciam
id est augmentum eius cum motus
in esse est in essencia Et sic dicatur
augmentum esse secundum quantitatem Et
quamuis quantitas caritatis que est
virtus sit idem quod essentia cari-
tatis non tamen oportet quod essentia
caritatis tollatur quia etiam in
augmento corporali ipsa essentia
quantitatis non tollitur sed semper
remaneat dimensio indeterminata
Cum secundum diuersas terminaciones quas
recipit sit mutacio de paruo in
magnum que est augmentatio
Ita etiam ipsa virtus caritatis
non tollitur per essenciam Sed variatur
terminacio eius Unus autem forma
recepta in aliquo specierum statu
recipit secundum capacitatem recipi-
entis Unde quanto specierum caritatis
magis ad disponitur ad caritatem
scilicet ad congregacionem suam ad deo
tanto maiorem recipit caritatem
Et sic caritas secundum suam essentiam
augeri dicitur secundum Et sic patet
solucio ad obiecta articulus

xiiii Deinde queritur de hiis que
pertinet ad culpam Et
queruntur duo Primo utrum
petrus negando christum peccauit
mortaliter Videtur quod non Dicit
enim quedam glosa quod peccauit
per surrepcionem est veniale et
non mortale Unde primi motus
qui per surrepcionem fiunt sunt peccata

venialia ergo peccauit tantum
venialiter Preterea Bernhardus
dicit in libro de dilectione dei
quod in petro caritas fuit sopita
et non extincta Sed per peccatum mortale
caritas extinguitur ergo petrus
non peccauit mortaliter Sed contra
est quod gregorius dicit in moralibus
quod petrus ab ipsis faucibus dia-
boli eripitur Sed in faucibus dia-
boli non est aliquis nisi propter
peccatum mortale ergo petrus peccauit
mortaliter Responsio dicendum quod absque
dubio petrus peccauit mortaliter
negando christum quod quidem patet ex
duobus Primo quia negauit fidem
in loco ubi periclitabatur Et
eius confessio requirebatur Ore
enim fit confessio ad salutem ut dicitur
ad romanos 10 In quo videtur
quod sit de necessitate salutis confessio
fidei in casu predicto et preterea
mendacium in hiis que fidei
sunt perniciosum est secundum augustinum
in libro de mendacio Secundo quia
desertioni confessionis et mendacio
addidit periurium et blasphemiam
quia ut dicitur matthei 26to Cepit
detestari et iurare quia
non nouisset hominem quia presence
tia in peccato dat incrementum
sceleri et qui minima spernit cadit
Ad primum ergo dicendum quod surrepcio ex
accipitur Uno modo secundum quod opponitur
deliberacioni et sic secundum quod primi motus
dicuntur esse ex surrepcione sic petrus
ex surrepcione non peccauit Alio
modo secundum quod opponitur electioni
et sic petrus ex surrepcione
peccauit Quia peccauit ex ele-
ctione non quasi ex certa malicia
sed ex passione timoris Talis
autem surrepcio non excusat a mor-
tali sicut patet de incontinente qui
formatur non motus concupiscencia
sed metu corporis tocidi Ad secundum
dicendum quod Bernhardus ibi loquitur
et eius verum ut verificetur non est
intelligendum de quadam dilectione
familiaritatis qua petrus ad
christum habebat que in eo mansit

Etiam post negationem vel si intelligatur de caritate continua intelligendum est quod non sunt extincta secundum predestinationem divinam qua eius penitentia permaneat. Communiter esset ex se extincta secundum actum.

XV Item sic proceditur: articulo. Et videtur quod habere plures prebendas sine cura animarum absque dispensatione sit peccatum mortale quia hoc est contra statutum concilii generalis. Probatio. De hoc loquitur dicitur in quodam decreto Urbani pape quod incipit Sanctorum canonum. Primo aliquis in duabus ecclesiis intitulari non liceat. Hoc unusquisque in qua intitulatus est in ea tantum canonicus habeatur. Licet cum episcopi dispensatione unus diversis preesse possit ecclesiis, canonicus tamen prebendarius nisi unius ecclesie in qua scriptus est esse non debet. Item extra Roma quoque dicit quoddam decretum huiusmodi: Clericus. Clericus ab istanti habere duabus non committatur ecclesiis. Negotiationis enim est hoc et turpis lucri commodum et ab ecclesiastica consuetudine penitus alienum. Et sic idem quod prius. Item Crisostomus dicit quod tenebre erubescunt lumine, erubescet quoque non sunt concessi rei recordari illi certi effigie aut non sunt concessi per inter levitas qui capiebant in Bethlehem, caporet in illem quo cum perfectores esse debemus qui caput in Christo capiat in Damasco. Item Bernhardus dicit: Cum non unus sed plures in est beneficiis, non unus sed plures est in supplicis, et sic gravissime peccat. Item quicumque committit se discrimini et periculo peccati mortalis peccat mortaliter. Iste est huiusmodi qui recipiendo plures prebendas iurat statuta servare utriusque ecclesie in quibus prebendatur, que pro illis servari non potest, ut puta si eodem tempore vocetur ad electionem in utraque ecclesia vel ad aliqua ecclesie negotia.

Propugnanda et precipue sit sit causa inter duas ecclesias cum utrumque teneatur. Ergo videtur quod peccat mortaliter. Contra non est quia illud quod vergit in commune periculum non est sustinendum ab ecclesia, sed ecclesia sustinet ut aliqui communiter habeant duas prebendas; ergo in hoc non est periculum peccati mortalis. Item licitum est alicui patrimonium habenti prebendam accipere, quod maior est convenientia inter ecclesiastica beneficia quam inter patrimonium et prebendam; ergo etiam licet habenti unam prebendam accipere aliam. Responsio dicendum quod omnis questio in qua de peccato mortali queritur, nisi expresse veritas habeatur, periculose determinatur, quia error quo non creditur esse peccatum mortale quod est peccatum mortale conscientiam non excusat a toto, licet forte a tanto. Error vero quo creditur esse peccatum mortale quod non est mortale conscientiam ligat ad peccatum mortale. Precipue autem periculosum est ubi veritas ambigua est, quod in hac accidit, cum hoc quod ad theologos pertineat in ista dependet ex iure divino vel ex iure naturali, et ad iuristas utrum dependet ex iure positivo. Inveniuntur in ea theologi theologis et iuriste iuristis contraria sentientes. In iure namque divino non invenitur determinata expresse, tum in sacra scriptura quasi expressius mentio de ea non fiat. Consilia ad eam ex aliquibus auctoritatibus sacre scripture adduci possunt que tamen lucide veritatem non ostendunt determinando vel eam. Similiter ius naturale sicut videtur ad prius dicenda. Ex actorum quamquam multiplex est dicta. Secundo cum sint que habent deformitatem inseparabiliter annexam ut fornicatio, adulterium et alia huiusmodi que nullo modo bene fieri possunt. De numero talium non est habere plures prebendas alias

In nullo casu dispensator recipere
posset quod nullus dicit. Quedam
vero sunt actiones que de se in-
differentes sunt ad bonum vel malum
ut levare vestucam de terra
vel aliquid huiusmodi inter quarum
numerum quidam computant habere plures
prebendas. Cum tamen secundum rei veritatem
plurimas in se deordinationes contine-
ant utpote quia non est possibile
aliquem pluribus ecclesiis deservire
in quibus prebendatus est, cum
prebende videantur esse ordinate
quasi quedam stipendia divino
cultui ministrantium. Sequitur etiam
diminucio actus divini cum unus
loco plurium constituitur. Sequitur etiam
in aliquibus defraudatio vo-
luntatum testamentariorum qui ad
hoc aliqua bona ecclesiis contule-
runt ut certus numerus deo servi-
encium esset ibi. Sequitur etiam
inequalitas cum unus pluribus
beneficiis habundat et alius
nec unum habere potest, et multa alia
huiusmodi que de facili possent
sequi. Unde non potest contineri inter
indifferentes actiones, et multo minus
inter eas que secundum se sunt bona
ut dare elemosinam et huiusmodi.
Sunt vero quedam actiones que
absolute considerate deformitatem
vel deordinationem quandam important
que tamen aliquibus circumstanciis
advenientibus bone efficiuntur.
Sicut occidere hominem vel percutere
in se deformitatem quandam im-
portat. Sed si addatur occidere
malefactorem propter iusticiam vel
percutere delinquentem causa dis-
cipline non est peccatum sed virtuo-
sum. In numero harum actionum videtur
esse habere plures prebendas. Cum e-
nim etiam aliquas deordinationes
contineat, tamen ille circumstancie
possunt supervenire ita honestates
actum quod predicte deordinationes
totaliter evacuantur. Utputa
si sit necessitas eius obsequiis et
pluribus ecclesiis, vel posset plus

Servire ecclesie tenuitas absentis
contra alium, prius. Et si qua sunt
alia huiusmodi et tunc istis conditionibus
supervenientibus cum recta intencione
non est peccatum etiam nulla dispensa-
tione interveniente si consideretur
tamen secundum ius naturale. Nam dispen-
satio ad ius naturale non pertinet
sed solum ad positivum. Si vero aliquis
habeat intencione plura beneficia habeat
ut sit dicior vel laucius vivat
et ut facilius ad episcopatum
perveniat in aliqua ecclesiarum
ubi est prebendatus non tolluntur
predicte deformitates sed augentur
quia cum tali intencione etiam unum
beneficium habere quod nullam deordinationem
importat esset illicitum. Et sic quod
esset secundum ius naturale etiam
nullo iure positivo superveniente.
Nunc autem certum est quod antiqua
iura hoc esse prohibitum. Patet
etiam huiusmodi prohibitionem consuetu-
dine esse contrariam, propter quam
quidam dicunt iura illa esse
abrogata. Nam per contrariam
consuetudinem iura humana
abrogantur. Quidam autem dicunt
per talem consuetudinem antiqua
iura non abrogari eo quod quedam
decretalis dicit multa per
pacienciam tolerantur que si
in iudicium fuerint adducta statuto
exigente cassarentur. Et hec contro-
versia iuristis est relinquenda.
Videtur tamen hoc videatur esse proba-
bile quod contra ad iura illa antiqua
continet ius naturale abrogare
non posse per contrariam consuetudinem
utpote irrationalem. Quantum
autem ad hoc quod solum de iure po-
sitivo continet possunt esse abrogata
precipue si dissimulatores habeat
contraria consuetudine in quorum
potestate est ius positivum mutare.
Intendunt per talem dissimu-
lationem antiqua iura mutare.
Si ergo antiqua iura que hoc
prohibebant in suo robore maneat

Contraria consuetudine non
obstante certum est non posse ali-
quem plures prebendas habere absque
dispensacione eciam illis circum-
stanciis supervenientibus que secundum con-
sideracionem iuris naturalis poterant
honestare. Si autem antiqua iura
sint per consuetudinem abrogata
hiis predictis circumstanciis superve-
nientibus eciam sine dispensa-
cione licitum est plures prebendas
habere sine quibus circumstanciis
licitum non est quantumcumque dispen-
satio interveniat eo quod dispensatio
humana non aufert ligamen
iuris naturalis sed solum ligamen
iuris positivi quod per homines
statuitur et per homines dispen-
sari potest. Et ex hiis facile potest
patere responsio ad obiecta etc.

xvj Articulus sedecimus

Deinde queritur quantum
ad gloriam pertinet
utrum sancti qui sunt in
ecclesia canonisati sint
in gloria vel aliqui eorum sint
in inferno. Et videtur quod aliqui
possunt esse in inferno de hiis
qui sunt in ecclesia canonisati.
Nullus potest ita certus esse de
statu alterius sicut ipsemet de
se quia que sunt hominis nemo
novit nisi spiritus hominis qui
in ipso est ut dicitur prima ad
corinthios 2o. Sed homo non potest
esse certus de seipso utrum in
statu salutis sit ecclesiastes
nono. Nemo scit utrum odio vel
amore dei dignus sit ergo
multo minus papa scit ergo potest
in canonisando errare. Preterea
quicumque in iudicio innititur me-
dio fallibili potest errare. Sed ecclesia
in canonisando sanctos innititur
testimonio humano cum inquirat
per testes de vita et miraculis
ergo cum testimonium hominis sit
fallibile videtur quod eciam in cano-
nisando sanctos posset errare.
Sed contra in ecclesia non potest esse error
dampnabilis sed hic esset error
dampnabilis si venerarentur tamquam
sancti qui fuerunt peccatores quia aliqui
non scientes peccata eius fallerentur
si ita conveniret posset ad errorem
conduci ergo eciam in talibus
errare non potest. Preterea augustinus
dicit in epistola ad ieronimum
Quod si in scriptura canonica aliquod
mendacium admittatur nutabit
fides nostra que ex hac scriptura
dependit. Sed sicut tenemur
credere illud quod est in sacra
scriptura ita et illud quod est per
ecclesiam communiter determinatum
unde hereticus qui sentit contra
determinacionem conciliorum. ergo
omne mendacium ecclesie et errorem
non potest esse. Responsio dicendum quod aliquid
potest iudicari possibile secundum se
consideratum quod relatum ad aliquas
circumstancias impossibile invenitur.
Dico ergo quod iudicium eorum qui
presunt ecclesie potest errare in quibuslibet
si persone eorum tantum respiciantur.
Si vero consideretur divina providencia
que suam ecclesiam sancto spiritu
dirigit ut non erret sicut ipse
promisit Johannis xiiij. Cum spiritus
advenerit docebit omnem veritatem
de necessariis scilicet ad salutem.
Certum est quod iudicium ecclesie
universalis errare in hiis que ad fidem
pertinent impossibile est. Unde magis
est standum sentencie pape ad quem
pertinet determinare quam iudicando
profert quam quorumlibet sapientum
hominum in scripturis opinioni.
Cum caiphas quamvis peccator tamen
quia pontifex legitur eciam
in sentenciis prophetasse Johannis
undecimo. In aliis vero sentenciis
que ad particularia facta pertinent
ut cum agitur de possessionibus
vel de criminibus vel de huiusmodi
possibile est iudicium ecclesie er-
rare propter falsos testes. Canonisacio
vero sanctorum medium est inter hec
duo. quia tamen honor quem
sanctis exhibemus quedam professio fidei est

Una scitorum gloriam credimus
pie credendum est quia non etiam
in sanctis iudicium ecclesie errare
posset Ad primum ergo dicendum quod potis-
sime cum ecclesia tales sanctos
potest certificari de statu alicuius
per inquisitionem vite et atestacionem
et precipue per instinctum spiritus sancti
qui omnia scrutatur ecclesia providencia
dei Ad secundum dicendum quod divina providen-
cia preservat ecclesiam ne talibus
per fallibile testimonium hominum
fallatur Quodlibetum decimum

Quesitum est de deo de an-
gelo et anima de deo
quesita sunt tria primo
de eius unitate secundo
de eius iudicio Tertio
de eius sacramento articulus

Ad primum sic proceditur videtur
quod unitas aliquid positive
dicat in divinis et non
remotionem tantum sicut opinio-
nes ex privacionibus enim non
constituitur res aliqua ex unita-
tibus autem constituitur numerus qui
est res cum sit species quantitatis ergo
unitas non dicit solum privationem
tantum Preterea numerus sequitur ad dis-
tinctionem Si igitur unitas et
numerus in divinis non dicunt rem
aliquam non esset in divinis realis
distinctio quod est heresis sabel-
lina Preterea si unitas et numerus
in divinis dicunt solum remotionem
per unitatem autem nichil aliud videtur
removeri quam numerus et per numerum
aliud quam unitas sequitur quod
utrumque illorum in divinis dicatur
secundum negationem negationis sed
negatio negationis non est
nisi secundum rationem tantum ergo unitas
et numerus non ponunt realiter in divinis
quod est inconveniens et sic unum et numerus
aliquid positive dicunt in divinis
Item omne quod predicatur de aliquo
predicatur de eo secundum propriam rationem
sed ratio unius in negatione
consistit est enim unum quod non
dividitur secundum philosophum ergo de deo
predicatur secundum remotionem tantum
Preterea secundum philosophum in decimo metaphysice
unum et multa opponuntur sicut
privatio et habitus privatio autem dicit
per remotionem tantum ergo unum
quod inter predicta duo tenet locum
privationis dicit per remotionem tantum
Preterea unum supra ens non
addit aliquid secundum rem quia
sic res non esset una per suam
essentiam addit igitur aliquid
secundum rationem tantum Quod quidem est secundum rationem
tantum vel est negatio vel relatio
Cum igitur unum supra ens non
addat aliquam relationem quia
ad aliquid non dicitur videtur quod addat
negationem Responsio dicendum quod unum
quod est principium numeri de necessitate
aliquid positive dicit in eo
cum attribuitur quia cum ex uni-
tatibus numerus constituatur nisi
unitas res aliqua esset numerus
res esse non posset Et sic non
posset poni in aliquo genere
talis species Si ergo unum
quod convertitur cum ente sit idem
quod unum quod est principium numeri oportet
quod etiam unum quod convertitur
cum ente aliquid positive super-
addat enti Et hoc concedit
avicenna Unde vult quod unum
quod convertitur cum ente addat
super ens aliquid quod ad genus
accidentis pertineat Sed hoc non
potest esse quia unum quod convertitur
cum ente cum de qualibet re
dicatur oportet etiam quod illa
res qua addit super ens sit
una Et sic vel erit una per
aliquam unitatem additam et ita
erit processus in infinitum vel erit
una per essentiam suam quod si unum
est similiter et in primo scilicet quod ens
primum dicatur unum per essenciam
et non per aliquam rem additam
Dicendum ergo intelligendum est secundum
opinionem aristotelis et commentatoris quod
unum quod convertitur cum ente non
semper addit enti rem aliquam

Sed solu negatio im divisionis
et sic hmi unu ponit
aliquid in qstu in suo intellectu
includit eius et dicitur remotive
qstu ad illud qd superaddit enti
unu vo qd e principium num qd super
addit enti aliqd de genere
mensure et sic duus tamen
e principium invenitur tm in rebus
quantitatibus divisionem qa talis unus
causatur ex divisione continui
Et sic unus sz ex divisione con-
tinui causatus e subiectum arithme
etia sm avicenam Nulla etiam
condicio ppria rei corporalis
pt dici de deo aut de aliqua
sba spuali Unde sm hoc unu
et mlts que consequuntur i gne
quantitatis no dicit de deo et
de aliis sbis incorporeis s
solu qd convertitur cu ente
Et multitudo ei opposita et ideo
unitas in divinis no dicitur
nisi remotive qstu ad illud
qd superaddit enti quonis ponat
aliquid sm q includit eius Est
eni unu ens indivisum Ad pri
mum q obiectio illa procedit
de uno qd e principium numeri Ad 2m
dicendum q obiectio illa procedit
ac si illo modo unu et mlts
aliqd ponerent realiter i divinis
ponunt aut eius rem distinctam
nisi qstu ad hoc qd eius inclu-
ditur in ratione unius ut dictum
est Ad 3m dicendum q in ratione
multitudinis includitur negatio
rei sed in ratione unius nega-
tionis et rei sic q patet sic
Unu eni e qd no dividitur divisio
aut negatur p unum qd cognitum
tu eius oportet q sit talis q
includit divisione salvetur hec
aut est distinctio p affirmationem
et negationem et ratio huius
divisionis negatio constituit
rationem Unius e eni unu qd
dividitur tali divisione qd sit in ea

affirmatione hoc et no hoc et sic
unu ipsum negat affirmationem
et negationem sic e negatio
rei et negationis sic predicta
vo divisio includitur in ratione
multitudinis et sic includitur
ibi negatio rei qa multa
sunt que sic dividuntur q cor
unu no e alterum Articulus ij
Ad 2m sic proceditur videtur
q xpus no sit descensurus
in terra ad iudicium Quia
super illud psalmiste dns in
templo sco suo dicit glosa
q deus in celo sedens de bonis
et malis iudicat go iudicium
futurum no e in terra sed in celo
Preterea ad dignitatem iudicis ptinet
q iudicandi ad eum accedant
et no ego Si xpus e iudex
dignissimus cuius locus est celum
ergo hoies ascendent illuc ut
iudicentur et no ego Preterea si iudi
cium sit in terra futurum proprie
videtur q sit futurum in valle Iosa-
phat ut habetur Iohelis 3o
Si locus ille no posset tanta
multitudinem hominum capere et sic
no e ibi futurum iudicium ergo in
loco terre Sed contra e illud 2a ad
Thessalonicenses 20 Q xpus in
iussu et in voce archangeli
et in tuba dei descendet Preterea
in iudicio apparebunt no solum electi
sed etia reprobi qui habebunt
corpora grauia et grossa sic no com-
petet eis locus celestis ergo
iudicium in terra et no in celo erit
Visio iudicium ordinatur ad
retributionem premiorum Unde
sm duplex premium sz anime et
corporis est duplex iudicium dei unum
quo iustificat vel dampnat
homines quo ad animam Et hoc
iudicium totum p hoc tempus agitur
Illud e iudicium quo puniuntur
vel premientur homines etiam qstu
ad corpora Et hoc iudicium fiet
post resurrectionem in fine temporis
quia aut iudicium conveniat xpo

Ratione diuinitatis sed 2m
rone humanitatis Et sic dicit
aug9 sup iohannem verbum dei
viuificat animas sed vm caro
factum viuificat corpora Unde
etiam iohannis vto d2 pater
dedit ei iudicium facere quia
filius hominis e Sic go vltim
iudicium e futurum in loco qui
xpo competit rone sue humanitatis
sz circa terram illam. vbi natus
e et passus et reliqua compleuit
humana officia Preterea qd dicit
q in valle iosophat iudicium
e futurum que vallis subiacet
monti oliueti vnde xpus
ascendit in celum ut sic ostendat
idem esse qui ascendit regnaturus
et qui descendet iudicaturus
turus sm illud actuum primo Quemadmodum
admodum vidistis eum ascendere
in celum ita veniet Ad primum go
dicm q glosa illa loquitur de
suo iudicio qd competit xpo rone
diuinitatis rone cuius etiam
p loco celum sibi assignatur Sed
quia in celo proprie ut celestes
corporeas creaturas apparet
iudicia magestatis diuine
Unde celum dicitur dei dicitur
et sctorum qui deo seruiunt Ad
2m dicm q ascensus ad locum
iudicis est ascensus in celum
Et ascensus in celum e premium
qd ex iudicio reportatur vn
debet iudicium sequi Non aut
ita se hz ad iudicium humanum
accessus ad locum iudicis ideo
no est sile Ad 3m dicm q in
iudicio yet xpus neqz angeli
erunt in tra sed solum reprobi
xpus eni et electi erunt in
aere sm illud pa ad thessalonicenses
rapiemur in nubibus obuiam
xpo in aera reprobi aut erunt
no solum in valle illa sz in
regione circumquaqz vnde xpum
et electos vide no poterunt
tum rone altitudinis tum
ratione claritatis articulus

Ad 3m sic proceditur videtur
q spes vini que remanet
in sacramento altaris
alii liquori commisceri no possit
Prima sm phm in primo de generatione
tione Mistibilia sunt in mixto
posita no in actu Si ergo illa
spes vini alteri liquori misceretur
post mixtione no remaneret
sanguis xpi sed hoc e incouenit
qm sm phm que sunt mistibilia
sunt separabilia et sic illa spes
alteri liquori mixta poterit
iterum separari qua separacone facta
erit ibi vm corpus xpi cum ea
nec sanguis cum tamen diu corpus
nec sanguis xpi sit sub spe qz
diu spes est. et sic sanguis xpi
de nouo inciperet esse sub spe
vini Illud no qua p consecratone
qd e impossibile ergo illud ex quo
sequitur sz q spes vini post
consecratone alteri liquori admisceatur
atur Si cum forma mixti e
forma accidentalis se accidens
superueniens no corrumpit subiectum
ergo post mixtione spei cum
aliquo liquore ad huc remanet
ipsa spes. et sic no sequitur in
contrarium Preterea Contra Quo dicm q q quidam
dicunt illis spebus nullos posse
admisceri aliquem liquorem
quin statim sub tatis illis spebus
desinat esse sanguis xpi Et
hoc ideo qa mutatis spebus
no remanet ibi veritas sanguinis
vinis xpi p additionem enim cuiuscumqz
liquoris fit alia quantitas que
subsistit in illo sacramento
aliis accidentibus sit enim maior
quantitas et sic no remanet ibi
sanguis xpi Sed hoc no
videtur vm qa spes que in
sacramento post consecratonem
remanent eodem corrumpuntur
et no aliter qua accidisset
de spebus preexistentibus quarum
acciua in spes remanent
Sic ad sensum patet q ideo
et aliis modis transmutatur oia

Sicut accidisset de substantia panis
aut vini ante consecrationem. Con-
stat autem quod per admixtionem unius
gutte aque non fit totum vinum
destructum. Unde nec propter hoc
tota species vini corrumpitur post
consecrationem nec oportet si augetur
quantitas quod propter hoc sit ibi alia
species. Tamen ipsa additio non tollit
essenciam dimensionis si variat
terminationem eius quia terminacio
non solum fit per addicionem sed etiam
per divisionem. Unde si talis variatio
sufficeret ad hoc quod desineret
esse sub speciebus corporis vel
sanguinis Christi sequeretur quod per
divisionem specierum quod sub parte desineret
quod patet esse falsum. Et ideo re-
spondendo quod aliqua admixtio
alterius liquoris facit ut
totaliter desinat esse sanguis
Christi sub speciebus et aliqua non
sed solum sub parte specierum. Si enim
esset ibi substantia vini. si aliquis liquor
in magna quantitate admisceretur
totaliter illud vinum corrumperetur
ut desineret esse vinum si liquor
admixtus esset alterius speciei
vel desineret esse hoc vinum
si esset eiusdem speciei. Si autem
alius liquor in parva quantitate
admisceretur non posset illius
liquoris permixtio ad totum
vinum pervenire sed ad aliquam
partem eius quam variaret vel
secundum speciem si esset alterius speciei
propter quam permixtionem saporem
vini non totaliter amitteret
sicut gutta aque in vino multo.
Sic ergo si speciei post consecrationem
fiet tanta permixtio extranei li-
quoris que sufficeret ad totam
substantiam vini corrumpendam si
ibi esset desineret sanguis
Christi sub totis speciebus. Si autem

Non fit tanta permixtio desinet
esse sub parte data quod ille li-
quor permixtus in species vini
commisceatur non tamen convertetur
in sanguinem Christi. Ad primum
dicendum quod facta permixtione speciei
cum aliquo liquore non redeunt
species eadem vel secundum speciem
vel secundum numerum vel secundum totum vel
secundum partem. et sic sub toto vel sub
parte non remanebit sanguis
Christi sed substantia vini neque etiam
facta separatione de novo erit
ibi sanguis Christi. quia miscibi-
lia non separantur a mixto et
non redeunt eadem numero sed
eadem specie. Ad 2m quod in
contrarium obicitur dicendum quod forma
commixtionis dicitur posset intelligi
duobus modis forma per qua corporis
mixti in specie collocatur et
sic est forma substantialis per
quam etiam non dicitur forma lapidis
dicitur forma mixti. Alio modo
dicitur forma mixti qualitas
quedam media resultans
ex simplicibus commixtis. Cum
ergo dicitur quod forma accidentis substantiam
non destruit posset dici quod cum
est tamen destruit accidentia. et sic
species sacramentales que sunt
accidentia post commixtionem non
manent. Si hoc non est secundum veritatem
nam forma mixtionis cum sit
quedam qualitas media non per-
manet. qualitatibus variatis
sicut si odor vini vel color
mutaretur non propter hoc desineret
ibi esse sanguis Christi. nisi di-
mensiones que ceteris accidentibus
subsistunt vicem substantie gerentes
secundum essenciam destruerentur quod si-
militer accidere non potest quam acci-
deret de substantia si ibi esset. Et
ideo aliter dicendum est quod accidens non
corrumpit subiectum effective sed dispo-
sitive opposita cum qualitate

que est necessaria dispositio ad formam ignis scilicet calor et siccitas; sicut remanet forma aeris et siccitas posita media qualitate que est necessitas ad formam mixti, aufertur forma simplicis corporis.

xxj Articulus

Deinde queritur de angelo utrum duratio habeat prius et posterius. Et videtur quod sic: in eo enim cuius duratio non habet prius et posterius idem est angelum esse et fuisse; sed hoc est impossibile, quia deus posset facere quod angelus non esset, cum non possit facere quod illud non fuerit; ergo necesse est dicere quod in duratione angeli non sit prius et posterius. Preterea nullum creatum est infinitum in actu; sed duratio angeli est infinita a parte post; ergo non est tota simul in actu, et ita est ibi prius et posterius. Preterea mensura debet esse proportionata mensurato; sed esse angeli est finitum in actu; ergo evum quod est eius mensura est finitum, et sic idem ut prius. Preterea ratio eternitatis in hoc perficitur quod est tota simul, quia secundum Boethium 5 de consolatione eternitas est interminabilis vite tota simul ac perfecta possessio. Si igitur evum quod est angeli duratio non habeat prius et posterius, non differt ab eternitate, quod falsum est. Sed contra: prius et posterius sunt in tempore quod mensurat motum; sed in esse angeli non est aliquis motus nec illud esse aliquo modo motui subiacet; ergo in evo quod est eius mensura non est prius et posterius. Preterea tempus nichil aliud est quam numerus prioris et posterioris; si ergo in evo sit invenire prius et posterius, evum in nullo differret a tempore. Responsio dicendum quod de re aliqua possumus loqui dupliciter: uno modo secundum quod est in rerum natura; alio modo secundum quod est in consideratione nostra. Primo modo accipitur substantia rei cum omnibus suis dispositionibus et operationibus, quia sine hiis substantia non invenitur in rerum natura. Secundo modo potest accipi substantia absque suis dispositionibus, quia consideratio substantie non dependet a consideratione suarum dispositionum. Accipiendo igitur mensuras durationum primo modo, sic soli deo competit duratio que sit tota simul et non alicui creature, eo quod solus deus est immutabilis quantum ad essentiam et quantum ad omnia que circa essentiam considerari possunt. Quelibet autem creatura est variabilis vel secundum essentiam et substantiam vel secundum aliquam dispositionem aut operationem. Et secundum hoc Augustinus xx^ima questione ad Orosium ponit omnes creaturas esse in tempore etiam angelos. Sed accipiendo mensuras durationis angeli secundo modo, prout scilicet consideratur eius substantia absolute, eius mensura est evum et non tempus. De quo quidem evo est duplex opinio: quidam enim dicunt quod in evo est prius et posterius, sed non sicut in tempore. Nam in tempore prius et posterius est cum innovatione, in evo autem sine innovatione. Sed hoc non est intelligibile; impossibile est enim esse aliquam durationem plures partes habentem quarum una alteram non includit, sicut mensis includit diem. Unde simul est aliquid esse in mense et in die. Sed duo dies et duo menses simul esse non possunt. Unde si aliqua in aliqua duratione ponuntur due partes quarum una est prior et altera posterior, oportet

x

Ut una tinsente altera adveniat
et sic oportet in ei duracione
in qua est prius et posterius
quod sit mensuracio consimilia ad
duracionis mensuracione tempore
non potest nisi illud quod per duracionem
mensuratur inmovatum recipere
possit. esse autem angeli est
absque inmovacione quia ex quo
cepit esse inmutabiliter perseve-
rat. et nec in eo sit motus
nec alicui motui sit subiectum
sicut esse rerum corruptibilium
est subiectum motui celesti. Sic ergo
si mensura attribuatur angelo
comparando ad subiectam tamen illa non
est prius et posterius si me-
suratur eorum esse enim Sed
si attribuatur eis duracio prece-
dens operacionem ut affectionum
sic eorum mensura est prius et
posterius sic eciam mensurantur
tempore secundum quod dicit augustinus super
genesim ad litteram Cum deus
movet spiritualem creaturam
per tempus Ad primum ergo dicendum quod rei
eterne ut eternitate aliquid potest
attribui duos modos secundum simpliciter
et sic non attribuitur neque fu-
isse neque futurum esse Sed solum
esse quia ex preposito et in futuro
explicatur prius et posterius Secundo
autem ipsum Alio modo mensure
adiacentis ut subiacentis racione
temporis. et sic attribuitur ei
fuisse ut fore per concomitanciam
ad tempus preteritum et futurum esse
per concomitanciam ad tempus presens
ipsum enim momentum toti tempori
ut dicit augustinus de deo quod fuit
quia numquam defuit. erit quia numquam
deerit Sic ergo deus non potest
facere angelum non fuisse. quia
non potest facere quin tempus preteritum
fuerit cum esse angeli fuerit potest
autem facere angelum non esse

Et inia potest facere ut esse angeli
non sit fixum cum tempore quod fuit est
nec ut erit infinitum. et sic ista
diversitas magis procedit ex
modo locucionis quam ex natura
rei Ad secundum dicendum quod infinitum dicitur
dupliciter uno modo privative et sic
non attribuitur nisi habentibus quantitatem
extensionis ut quantitate. Sicut
enim solum natum est habere finem
et ita evum illo modo habet
infinibilitatem quia non habet
aliquam extensionem nisi quantum
extensio in eo consideratur ex
comparacione mensure subiacentis
scilicet temporis et ita nullum cre-
atum est infinitum in actu Alio modo
dicitur infinitum negacione idem
quia non habet finem et sic dicuntur
duo infinita ut punctus et unitas
quia non sunt finita. et hoc modo
evum est infinitum quia scilicet non finitur
sic ergo aliquid creatum esse secundum
aliquid infinitum actu nichil
prohibet Ad secundum dicendum quod per eundem
modum est infinitum esse angeli
et evum Ad tercium dicendum quod inter
eternitatem et evum potest assignari
triplex differencia quarum una potest sumi
ex predictis. nam eternitas mensurat
rem secundum substantiam eternam quod est idem
natura sibi idem cum omnibus que
ei attribuuntur. non autem evum ut
dictum est Alia sumitur ex hoc
quod eternitas non sinit esse pre-
stans Unde eternitas est idem
cum substancia eterni Evum autem mensurat
esse creatum quod non est pre-
stans quia est aliud substancia entis
creati Tercia potest sumi ex hoc
quod evum quamvis sit inmutabile
ex parte finis Non tamen ex parte
principii Eternitas vero ex parte
utriusque

x

Deinde queritur de aīa
et primo q̄stū ad naturaz
scḋo quantū ad graciam
tercio q̄stū ad culpa et q̄rto
q̄rtu ad gloriaz Circa nālia
aīe q̄stū ē de eius sbā
et de eius opacōne Circa p̄maz
q̄sta sūt duo primo utrū aīa
sit sue poṫe scḋo utrū sua
sbām sit corruptibilis ar̄tꝰ 9 t9

Ad primū sic p̄ceditur videt̄
q̄ aīa sit sue poṫe
q̄r libr̄o de spū et aīa
d̄r q̄ aīa ē queda sua scilicz
ei queda vō sua nō est
poṫa scilicz virtutes Item aug9 dicit
in libro de trinitate q̄ memoria
itelligēcia et voluntas sunt
vna mens vna vita vna es-
sencia sed hec tria sūt mgr̄m
tercia distinctōe libri primi sūt
tres vires aīe ergo aīe
vires sūt ipa eius essencia
Sed contra ē q̄ dyonisius videt̄ in
alo celestis ierarchie distīg-
wit supiores sbās scilicz angelos
intria scilicz in sbām virtutē et
opacōne sed angelos nō est
minoris simplicitatis quā aīa
ergo et ī aīa sua sbā nō ē
sua virtꝰ siue poṫa Item eoz
que sūt idem sūt vnū multiplicat̄
et reliquū Si ergo aīa sit
idem et sue poṫe videt̄ q̄
cū poṫe sint multe q̄ essēcia
aīe vna esse nō possit Respōsio
d̄m q̄ de aīa ꝛc loqui possumus
duo scḋm q̄ ē quedaz sbā
ꝛ sic simplex ē q̄ aīa sit sue
poṫe dupliciter vel q̄rtu
vna sint ex ea q̄ ē aīe
ꝑry q̄ā scilicz simplex est ut idē
scḋm augꝰ scḋm idem sit nālit̄
principiū plium et diuersoz primo
quasi oppositoz Alia aūt
sūt diuersas poṫas inuenit̄
esse priū actuū diuersoz scḋm
speciem et quasi oppositoz vn
simplex ē q̄ ipa essencia aīe
que ē vna sit in ede hoz primū

Et ideo oportet ponē in aīa
pter eius sbām poṫas nāles
que sūt horū actuū imeata
principia Scḋa racio sumit̄ ex
eo q̄ ē q̄rte aīe et omī
sbe create In nulla enī sbā
creata est idem esse et opari
hoc enī solius dei ē Essēcia
aūt essendi principiū poṫa
vō opacōnibꝰ scḋo cū ab vno
nālit̄ nō sit nisi vnū nulla
sbā nisi diuina ē sua poṫa
Diet esset istantanea de potencia
ne eciā dato q̄ sit sua
essencia q̄a talis potencia
nō ē ad opacōne sed ad esse
Tercio modo possumus loqui de aīa
scḋm q̄ ē quoddā totū poṫale
Et sic diuse poṫe sūt ptes
eius Et ita aīa p̄dicat̄ de
poṫis uel ergo q̄muis hoc sit
abusio in toto poṫli qui a
itegrali q̄a totū poṫle scḋm
sua sbām adest cuilibet
pti Non aūt itegrale Et
p̄ hoc patet respōsio ad obiecta

Ad scḋm sic ar̄ lib 6 t9 .VI.
p̄ceditur videt̄ q̄ aīa
racionalis sit corruptibilis
quia scḋm damascenū nulla
sbā pt esse sine opacōne ppa
aūt opacio aīe racionalis
ē itellige ad quā indiget
corpore cū nō sit itelligere
sine fantasmate ut patet
p̄ ph̄m in 3o de aīa ergo
destructo corpe sbā aīe
racionalis p̄ire videt̄ Item
illud qḋ hꝫ virtute ut sit sēp
nō īuenit̄ quãq̄ esse et quãq̄
nō esse Quãto enī res qu-
diu virtus rei exposcit tam
diu est ergo qḋ inuenit̄ quãq̄
esse et quãq̄ nō esse nō habet
virtute ut sit semp Sed omē
qḋ incipit esse īuenit̄ quãq̄
esse et quãq̄ nō esse ergo nichil
qḋ incepit esse virtute ut sit semp

Et ita nichil quod incepit potest
incorruptibile Sed anima vegetabilis
incepit esse ergo non potest esse in-
corruptibilis Preterea omnis compositio
ex corpore et anima est quoddam esse
sed autem potest anima sine hoc esse habere
aliud esse ergo compositio advenit
anime post esse completum ergo
huiusmodi compositio est anime
accidentalis et sic hoc modo erit eius
esse sed eius per accidens quod est inconveniens
Si autem non habet aliud esse anima
preter esse compositi ergo postquam
desinit esse compositi anima esse
non potest Sed in morte corporali
desinit esse compositi ergo anima
post mortem corporis non re-
manet Preterea anima est forma
corporalis aut ergo per essenciam
suam aut per aliquod accidens Si per
accidens sequitur quod compositio anime
et corporis sit accidentalis et corporis
ad contingentiam Si per essenciam
ergo cum forma huiusmodi est forma
non possit esse sine materia
videtur quod anima post mortem
remanere non possit Sed contra est
quod philosophus dicit in secundo de
anima quod racionale separatur ab
aliis sicut perpetuum a corrupti-
bili Preterea philosophus in X ethicorum
ostendit felicitatem contemplativam
permanere similem eo quod diu-
turnior est Sed similis durat
usque ad mortem ergo contempla-
tiva est post mortem ergo anima
permanebit Responsio dicendum quod necesse
est ponere substanciam anime racionalis
esse incorruptibilem Si enim cor-
rumpitur aut corrumpitur per se
aut per accidens Per se quidem corrumpi
non possit nisi esset composita ex
materia et forma contrarietatem
habente quia esse non potest nisi esset
elementum aut ex elementis ut
antiqui philosophi posuerunt quorum
posiciones in primo de anima
reprobantur Per accidens corrumpi
non potest nisi ponatur quod non habet per se
esse sed solum esse cum aliis sicut
est de aliis formis materialibus que
per se non habent esse subsistens sed
sunt per se compositorum subsistencium
quorum sunt partes et sic per accidens
corrumpuntur compositis corruptis
hoc autem de anima racionali dici
non potest Nam quod non habet esse
per se non est quod per se operetur Unde
etiam alie forme non operantur sed
composita per formas Anima autem
racionalis habet per se operacionem
quam exercet nullo organo
corporeo mediante sicut intelligere
ut probat philosophus in 3o de anima
Non enim posset omnia sensibilia
formas cognoscere nisi ab omnibus
formis sensibilibus esset denudata
vel nisi esset actus omnium cum
nichil recipiat quod non habet
Oportet igitur si anima per aliquod
organum intelligeret quod careret
omni forma sensibili cum omnes
formas sensibiles sit nata in-
telligere sicut pupilla caret omni
colore ad hoc quod visus possit
omnes colores cognoscere Impossibile
est autem esse aliquod organum cor-
porale carens omni forma sensi-
bili relinquitur ergo substanciam
anime intellective esse incorruptibilem
Unde etiam dicit philosophus in primo
de anima quod intellectus videtur
esse substancia quedam que non corrum-
pitur Sunt autem incorruptibilem
intellectum quidam ponunt ex hoc
esse ponentes animam que est
forma hominis corruptibilem sed
tamen ponunt intellectum agentem
separatum continuam durationem Uno
per illustracionem sicut eos qui
ponunt intellectum agentem separatum
et incorruptibilem intellectum
vero possibilem coniunctum et cor-
ruptibilem Alios per continuacionem
intellectus ad fantasmata sicut
eos etiam intellectum possibilem
esse separatum et incorruptibilem
Sed primum horum esse non potest

Racia si in nobis non e aliqua
ortus nisi in nalis lumine intelli
agentis non in nobis recipi nisi
materialit cum receptum sit in
recipiente per modum recipientis
et ita non recipitur in intelli=
gibili et sic nos non poterimus
esse intelligentes Ad x. si in
esse non posset racio fantasmata
sunt in nobis per itaram operacionem
que sequitur esse quia sic illo
non licet specificum esse ex hec
que e racionalis. cum non sit racional
nisi ex hoc quod intellectui coniungitur
restit igitur quod ipsa sensitiva
anima que e forma corporis
e intellectus incorruptibilis
Ad xim ergo dicendum quod anima in=
diget aliquo corporali ad suam
operacionem dupliciter Uno modo
sicut organo per quod operatur
et sic non indiget aliquo or=
gano ut probatum e Si autem sic
indigeret organo ad intelligendum
esset corruptibilis. ut patet
non potens per se operari. Alio
modo ad operandum indiget aliquo
corporali sicut obiecto sicut oculus
ad videndum indiget corpore
colorato. et sic anima racionalis
indiget ad intelligendum fanta=
smata quia fantasmata sunt
similia anime intellective ut dicitur
tercio de anima operacio autem
que sic indiget corporali a
principio non potest esse sine corporali
illo post autem postea. sic anima
intellectiva nullam operacionem habere
posset nisi prius moveatur a sensibus
qui sunt extra animam sed postea
remanet actus ymaginacionis
eciam sensibus abeuntibus
Et sic destructis fantasmatibus
operacio intellectiva in anima rema=
nere potest Ad xiii dicendum quod illa racio
e probata per philosophum in primo de celo
et mundo qui ibi ostendit quod
omne generatum e corruptibile

Et habet locum in illis que
sunt et corrumpuntur naturaliter in quibus
ex defectu virtutis e quod non possunt
nec semper fuisse nec semper fore
Non autem habet locum in hiis que
per creacionem sunt que accipiunt
a deo virtutem ut sit semper per
quam esse non possunt antequam eam
acciperent Ad xiiii dicendum quod anima
esse suum communicat corpori
et quod quidem ita acquiritur anime
in corpore. ut sine ipsum consistere
posset quod non e de aliis formis
et sic ymmo esse anime sit compositi
esse. et tamen manet composito destructo
Ad ultimum dicendum quod anima sine substanciam
essencia forma corporis est
licet destructo corpore destruitur
in anima illud sine quod e forma
sed solum desinit esse forma in
actu &c. Questio C. 7

Deinde queritur de operacione
anime. Et circa hoc
queruntur duo primo utrum
anima separata intellectiva
omnia que cognoscit cognoscat
in prima veritate Secundo utrum anima
separata a corpore habeat actus
sensitivarum potenciarum arg. 1

Ad primum sic proceditur videtur
quod anima separata intelligit in=
telligat in prima veritate.
Augustinus dicit xii° confessionum
Si ambo videmus illud verum
esse quod dico. ubi queso illud
videmus non ego in te nec tu
in me sed ambo in ea que
supra nos est incommutabili veritate
Et sic omne verum quod anima cognoscat
in prima veritate videt. Preterea
verum addit supra ens manifestum
Sicut de prius demonstratis et
de luce corporali per quam visus
corpora videt ergo prima veritas
e maxime omnibus mentibus
manifesta Et sic non solum per ea
sed in ea omnia cognoscuntur
Si cum multi de gentilibus
demonstrationibus rerum cognicionem
qui de prima veritate nunc de sua
veritate nec considerant quod non de
verum in prima veritate cognoscitur
Sequens respice post finem noni articuli vii

ar. lx viij.

Ad 2m sic pceditur videtur
q anima sepata actus sensi
tiuaz potenciaz here possit
Cassianus enim dicit in libro de
anima q anima sine corpe videt
et audit et reliquis sensibus
viget Postea hec somno Renega
dux de demte in iferno sepulto
que sine actu sensuum esse no
pt sed constat q ibi erat tm aia
dimissis sine corpe q anima sin
corpe opacone sensuum here
pt Preterea frustra e potencia que
no reducitur sed in aia post
morte remanet potencie sensitiue
ergo et actus sensitiui Respondeo dicendum
q impossibile in aiai sepata aliquas
potencie sensitiue actu esse q sic
patet operacio enim potencie sensitiue
coniuncte psticitur in hoie et in
bruto eodem eum modo eo videt
p oculum quo equus Actus aut
potencie sensitiue in bruto non e
ipius anime sensitiue pse sed mente
organo si enim pse here subsiste
ciam sic esset icorruptibilis
ut de anima rationali pbatum est
Unde cum sit hoc ignis impossibile
e q si in bruto ita in homine
potencia sensitiua habeat aliquem actu
pprium sed omnis actus eius est
coniuncti Unde in anima sepata
remanere no pt Considerandum tm
dicunt animaz sensitiuaz here duos
actus vnum quem exercet orga
no mediante qui post morte
no manet Aliu quem pseipsaz
agit et hic manet post morte
hoc aut videtur attestari opinioz
platonis de anima qui ponebat
animaz sensitiuaz moue seipam
Et sic mouet corpus et sic opa
cio prima mouebat seipam erat
sibi ppria Alia vo qua mouebat
corpus erat coniuncti et ppter hoc
plato ponebat aias eciam bru
torum esse incorruptibiles hoc
em de neccitate sequitur q si
isti no concedunt Ad pm go si in

Ad 3m sicut operaciones voluntatis
pter quadam similitudinem nominantur
nominibus passionum que sunt in appe
titu sensitiuo Ita intellectus operaciones
nominantur ab operacionibus sensuum
pter similitudinem et sic loquitur
cassianus Ad 2m dicendum q ista
vba que dixit de diuite corporeis
mediante intelligi ita sunt similitu
dines et no sunt res ipas ut
augustinus dicit Ad 3m dicendum q sunt
quedam in anima no manent
potencie sensitiue actu sed in radice
tm si aut actu no maneat
no ideo frustra erunt Quamuis
actibus careat manet enim
ad naturale integritatem sicut membra
dampnatorum in resurgentibus Diuisio

Deinde queritur de hijs que
ptinent ad graciam Et circa
hoc queruntur tria Primo de
precepto honoris patrum Secundo de
consilio contrario ad voluntatem
obediencie Tercio de voto
continencie Articulus nonus viiij

Ad primum sic proceditur Videtur
q ille cuius pater no potest
sustineri a filio nisi consensio
accipiat dotem Unde patrem nu
trire possit no teneatur contrahere
ut patrem sustentet Cum enim cari
tas sit ordinata plus aliquis
tenetur sibi quam patri Sed lauda
bile esset si aliquis pter virginitatem
seruandam se morti exponeret
ergo no tenetur aliquis pro conseruanda
patris vita matrimonium contrahere
ut patrem sustentet Preterea preceptum
no contrariatur consilio Sed de
virginitate seruanda est consilium
ut patet prima ad corinthios
vii ergo per preceptum de hono
racione patrum no obligatur
aliquis ad hoc unde virginitatem
perdat Sed contra preceptum affirmatiuum
obligat pro loco et tempore Sed
tempus de honoracione patrum
est quando parentes indiget ergo tunc
obligat aliquis ex tali precepto

Et ita videtur matrimonium contrahere
si aliter peccato subveniri non possit
Secundo dico quod casus propositus non
videtur esse de facili possibilis vix
enim contingeret quod quis aliquos parentes
sustentare possit absque contractu
saltem manibus operando vel medi-
cando si tamen hoc contingeret esset
idem iudicium de virginitate ser-
vanda in isto articulo et de aliis
perfectionis operibus sicut est de introitu
in religionem de quo quidam va-
riare consueverunt Dicunt enim aliqui
quod si aliquis habet parentes indigentes
quibus indiget ad eorum sustentationem
et sit in libertate religionem intrare
proiecta curam patri celesti commi-
ttens qui etiam aves pascit
Sed quia licet opinio minus videtur
aspera Ideo melius videtur dicendum
quod aut ille qui habet propositum intrandi
religionem videt se in seculo non
posse vivere sine peccato mortali vel
non de facili si tamen timet sibi peri-
culum peccati mortalis cum magis saluti
anime sue teneatur providere quam
corporali necessitati parentum non tenetur
in seculo remanere si autem videt
se in seculo posse conversari absque
peccato distinguendum videtur Quia
si sine eius obsequio parentes
nullo modo vivere possent sic
tenetur eis servire et alia opera
perfectionis permittere Sicut enim
hoc male permitteret et peccaret
eos dimittens Si vero sine eius
obsequio possent aliqualiter suste-
ntari non autem honorifice Non
propter hoc tenetur opera perfectionis
dimittere secus autem est de illo
qui iam religionem intravit
quia cum iam sit mortuus mundo
per professionem solutus est a lege
qua in mundanis obsequiis pa-
rentibus tenebatur secundum
doctrinam apostoli ad Romanos Immo
in hiis autem spiritualibus puta ora-
tionibus et huiusmodi eis tenetur
servire Et hoc quod dictum est de introitu

religionis potest etiam de observantia
virginitatis et de aliis operibus per-
fectionis dici Sed pono quod dicunt quod si
aliquis non esset virginitate professus
non deberet mori fame antequam
matrimonium contraheret Sed dicendum
dicendum quod preceptum contrariatur con-
silio nichil prohibet in casu et
hoc sequens pertinet ad articulum quartum
Item Augustinus dicit in libro de libero arbitrio quod nisi de prima
veritate iudicatur et quod nisi sit ea recte
iudicat et ita si de ea non iudicatur non
cognoscitur nec aliqua in ea Respondeo dicendum quod sicut
glosa dicit super illud psalmi Diminute sunt veritates
quod dicit ab una prima veritate multe veritates
in mentibus hominum resultant sicut multe facies
in speculo fracto ab una facie hoc resultat
Ergo at resultacio est respectu ad duo scilicet ad id
ad lumen illapsum de quo in psalmo Signatum est super
nos lumen vultus tui domine quod est a deo prima veritate
nat nota sicut sit ipsa in ipsa nec possumus
veritatem cognoscere nisi ex suis propriis et ex lumine
intelligibili quod veritatem manifestat non potest non
sine quod sunt [illegible] illa sicut veritates que ex
hoc alia habent communitate et stabilitate
Sed est in prima veritate sicut in sua forma non omnia
videntur a nobis in statu vie sicut nec ipsa
prima veritas a viatoribus videatur sed in similitudine
imaginis sive speculi ab ea exemplate omnes
veritates a nobis cognoscuntur et cum ea que diversis
ubique videntur ab eadem veritate exempla-
ta sunt veritates iuncte utique et ita dicitur est
dictum Augustini et patet solutio ad primum Ad secundum
dicendum quod operari aliquid sicut movens dupliciter Uno
modo sicut principium formale operationis ut motor
sic ut [illegible] opportet quod motor moveat ut operato
res non operetur nisi illud quo operatur
formaliter est ut ignis calefacit calore quo calefacit
Alio modo sicut instrumento et modo movens habet
alio sicut instrumentum sicut magis baculo movet
ad illud quod movetur sicut manus baculum movet illud
lapidem et baculum manum movet Illud
ergo quo cognoscimus sicut instrumento
oportet in nobis esse notum et cognitum
et lumen sicut et prima nota ad que
qualiter intellectus agentis sicut ad instrumenta
sicut dicit commentator in 3o de anima Sed
illud quo cognoscimus sicut forma
cognoscentis non oportet esse notum
quia nec oculus videt lucem que est
de oculi operatione nec speciem per
quam videt Et ita etiam non est
necesse quod quicumque intelligit aliquid
intelligat intellectum suum quo intelligit
vel lumen intelligibile Dicit igitur veritates
a prima veritate dimanantes in nobis exemplata
a nobis primum cognoscuntur de necessitate ad quem
quod alia in ea cognoscuntur sed similiter ad ipsum
intelligibile lumen quod sicut non exemplatis veritas
a nobis per suam essentiam videtur etc

x

x Ad 2m sic articulo 20.
A procedit sic videtur quod religiosus
qui emisit votum obediencie
tenetur in omnibus prelato obedire
et in arduitibus quia per votum castitatis
religiosus omni connubium re-
nunciat ergo per votum obediencie
abrenunciat proprie voluntati quantum
ad omnia Item beatus benedictus
in regula quod si prelatus impossibile
iubeat temptandum est ergo multo
magis in arduitibus obedire
tenetur Item votum obediencie
ad statum perfectionis pertinet hoc
autem non esset si non tenetur obe-
dire nisi in hiis que in regula
continentur quia quilibet subditus
eciam secularis tenetur prelato
suo obedire in aliquibus pertinet quod
per ad ius prelationis ergo videtur
quod religiosus teneatur simpliciter in
omnibus obedire Sed contra religi-
osus non tenetur ad plura quam
secularis nisi quatenus se per votum
obligavit Sed per votum perfectionis
non obligavit se ad obediendum
nisi secundum regula ergo in pluribus
obedire non tenetur quam que sunt
secundum regulam Item bernhardus
dicit in libro de dispensacione
et precepto nichil innovi precipiat
prelatus eorum que non promisi nec
prohibeat eorum que promisi ergo in isto
dicendum quod eciam hoc preterium conveniunt
omnes et potest adinvicem disse-
ciunt Ex quod cum religiosus non
teneatur prelato obedire nisi in
hiis que vel sunt in regula
vel quantum ad ea in quibus pla-
tis dispensacio committitur Ad hec
quod dicit Ex eciam in hiis que
sunt arciora quam regula obe-
dire non teneatur Sed obedire
obediencie perfecte non ab omnibus
dicitur Sed circa contencia vel ea que
sunt infra articularitate regule
aut equalia regule sunt due
opiniones quibusdam dicentibus
quod obedire in huiusmodi est de necessitate

Obediencie aliis autem quod non est
de necessitate obediencie Sed de perfectione
Inter quidem due opiniones etsi
multum differre videantur quantum ad
vocem tamen parum vel nichil differre
conveniunt Item ad regulam pertinere
intelligenda sunt non solum ea que
sunt expressa in regula Sed etiam
illa que quocumque modo ad regulam
reducuntur utpote que pertinent ad
obsequium fraterne societatis et
ad punitionem culparum ad que
due fere omnia huiusmodi possunt re-
duci Si tamen aliqua sunt que ulla
tenus ad regulam reducuntur videtur
verior opinio esse quod obedire in
huiusmodi non sit de necessitate obedien-
cie Sed de perfectione ut bernhardus
manifeste dicit in libro de precepto
et dispensacione Et hoc ideo quia
obediencia non se extendit ultra
potestatem vel ius prelationis que
quidem secundum regulam limitatur Sed
primum ergo dicendum quod votum continencie
respicit speciale genus actus
Sed votum obediencie respicit quasi
omnes actus Unde nisi determinetur
eius generalitas esse religionum
confusio quia omnes ad idem tenentur
Ad 2m dicendum quod loquitur quantum ad
perfectionem obediencie Ad 3m dicendum
quod per votum obediencie supponitur
religiosus prelato suo quantum ad
qualem disposicionem vite sue
licet non quantum ad omnes actus suos
particulares Secularis autem suo prelato
obedire tenetur quantum ad aliquos
actus speciales non autem ad qualem
disposicionem vite sue articulus 21. xi
Ad 3m sic proceditur videtur quod
A post votum simplex castitatis
aliquis matrimonium contrahere
nec reddere debitum nec exigere
possit Quia apud deum non minus
obligat votum simplex quam solempne
ut canon dicit Sed post votum
solempne emissum aliquis nec petere
debitum nec reddere potest ergo
nec post emissionem simplicis
voti Item per prelatum ullius excusatur

x

ni peccato sed ille qui contraxit post votu simplex qui post debitu reddit qa ad hoc pt votu suu religione intrando ergo postqz sit reddidit ad huc peccat sic reddendo vl exigendo Sz contra ecclesia no cogit aliquos ad peccandum cogit aut reddere debitu eciam post votu simplex castitatis ergo reddendo debitu no peccat Divisio Sed quantu ad redditorz debiti omes qut q post simplex votu continetie tenent reddere debitu qz votu simplex cotinetie matrimoniu contractu no dirimit Et ex quo matrimoniu e cotractu vir no hz ptatem corporis sui Sz mulier unde tenet mulieri petenti debitu redde Sz circa peticione debiti quida dicut q cu quantu ad hoc sit in sua libertate tenet ad huc votu implere et ita peccat debitu petendo Alij vo dicut et sz singula applicat q mulier velat sibi debitu reddi quamuis ipa petere erubescat q vir petere debeat eciam post votu simplex et precipue si timeat uxori de lapsu Sed hoc in idem redit tu primo na hoc e ex pte uxoris queda interpretativa peticio Et sic vir petendo reddit Unde efficit ex pte uxoris gravamus matrimonii esset si semp eam ex esse petere oporteret Sed pmo quantum q utriusqz voti susceptio inducit reatu peti morlib ex hoc q utrumqz equaliter obligat apud deu Sz quantu ad impedimentu matrimonii no hz utrumqz eqle efficacia Nam p votu solene transfert se voulens quasi in corpale obsequiu ipius dei p susceptionem ordinis vl ingressum religionis Sz aut aliquis

semel uni dedit no pt postmodu alteri dare Ideo post votu solene no pt aliquis se tradere i ptatem uxoris matrimoniu contrahendo Sed in voto simplici e sola promissio Si cui aut aliqui aliquid pmisit pt idem alteri dare licz fidem p missionis no servet Et ideo iste qui simplex votum emittit pt postmodu matrimonium contrahere licet peccet fra pore fidem irritem fecit Sed quantum q per contubitus no excusat sequentes quibus debitum reddat a peto quantu est petitum Sz quantu e actu quieda matrimonii coservatio Divisio

Deinde queritur de hijs que ptinet ad culpa et primo quantu ad culpa que contrariatur bonis moribus Sz quantu ad culpam que contrariatur recte fidei Circa primu quaeruntur tria primo de acceptione psonarum Sz de peccato i famie Tercio de ptiostate vestium articulus primus xij

Ad primu sic proceditur videtur q qui honorat divites propter divitias peccat ista enim dicit glosa iacobi primo Si introierit i coventu vro vir hij vel pauperem abiicit divitem colit fides xpi aconfdocet propterea honor tum pphum primo ethicorum debetur virtuosis hominibus Sz in divite no e aliquid divinum propter divitias ergo no debet sibi honor propter divitias propterea ex verbis phi primo ethicorum colligitur q honor e exhibitio reverencie i testimoniu virtutis Sz aliquis dives no e virtuosus cu ergo falsum testimoniu dicit esse peccatum quod no debet fieri propter scandalum vitandum videtur Sz licet eciam causa vitandi scandalum dives debeat propter divitias honorari Sed contra est glosa augustini qa iacobi po

Sup illud si introierit in conventu
vestro vir aureum anulum habens
in veste candida introierit autem et pauper in sordido
habitu et intendatis in eum qui indutus est veste
preclara et dixeritis tu sede hic bene pauperi autem
dicatis tu sta illic aut sede sub scabello
pedum meorum nonne iudicatis apud vos
metipsos et facti estis iudices cogitationum iniquarum

Sup illud si introierit in quotti-
dianis concessibus qui prefert
divitem pauperi non semper peccat
sed nec intus ita iudicat ut ei
quanto dicior tanto melior videatur
sed non semper aliquis in huiusmodi
exterioribus honoribus divitem
honorans cum propter hoc iudicat
meliorem ergo non semper peccat
Responsio dicendum quod accipere personam
dicitur contra accipere causam. Signi-
ficat enim causa est indicium surgere
ex aliquo quod facit ad causam
quod laudabile est. Accipere vero
personam est formare iudicium ex
aliqua conditione persone que
non facit ad causam quod viciosum
est. Unde contingit quod ex eadem
conditione persone consideratione quandoque
sit iudicium iustum quandoque acceptio
personarum sicut si in aliqua contro-
versia preferatur sententia pro aliquo quia
est dives eius erit acceptio personarum
Si autem in hac consideratione
in licenciando ad magisterium
aliquis preferatur non erit acceptio
personarum. Si ergo aliquis honor
diviti exhibeatur propter divicias
ad quem divicie aliquid faciunt non
erit acceptio personarum erit autem
si ad hoc nichil divicie operentur.
Est autem duplex honor unus
qui debetur alicui ratione simpliciter
propter personam suam virtutem sicut est
commendacio imitacio et huiusmodi
et ad hunc honorem divicie ni-
chil faciunt. Unde si talis ho-
nor alicui propter divicias exhi-
beatur erit acceptio personarum.
Unde dicit maximus valerius
quod honores qui virtuti debentur
sicut triumphi et alia huiusmodi mi-
nime apud romanos antiquos
per nullam pecuniam emi poterant
Alius honor alicui debetur secundum
statum quem habet in republica
Sic enim in persona rei publice
honoratur et propter hoc rex et prin-
ceps et huiusmodi persone honorantur
secundum illud prima petri 2o Regem hono-
rificate. Et quia in terrena republica

divites statum optinent alciorem
ideo civitatis iherusalem quasi
in babilonia peregrinantes debet
eis inter quos conversantur mos
geri ut dicit augustinus in libro de
civitate dei Primo scilicet que non sunt
contra deum et sic eciam divites ho-
norare illis dumtaxat honoribus
qui ad exteriorem convictum perti-
nent licitum est. Ad primum ergo
dicendum quod in hiis que ad fidem christi
pertinent peccatum esset divites
pauperibus preferre ut sint mi-
nistratores sacramentorum et
alia huiusmodi. Sed in hiis que
mundi convictus requirit oportet
mundi gerere morem. Ad secundum dicendum
quod eciam divicie inquantum sunt quedam
bonum sunt aliquis dominium prosperitatis
inquantum prebent facultatem ad multa
bene agenda. Ad tertium dicendum quod non
illa procedit ad honorem qui ex-
hibetur alicui ratione simpliciter etc.

Ad secundum sic articulus 13
procedatur videtur quod aliquis
peccat infamiam non re-
pellendo. Crudelis enim esse dicitur
qui infamiam suam negligit Sed
crudelitas peccatum est ergo
peccatum est infamie non resistere
Contra celestis primo dicit quod unicuique
mandavit deus de proximo suo
ut scilicet ei prosit exemplo et verbo
Sed hoc impeditur per infamiam
ergo quilibet tenetur repellere
infamiam. Contra est quod contempnere
infamiam videtur esse actus humili-
tatis Unde in vitis patrum legitur
de multis sanctis patribus quod propter
infamias sustinebat non repe-
llendo ergo non est peccatum. Responsio
dicendum quod utrumque scilicet et contemptus
fame et appetitus potest esse lau-
dabile et viciosum. Infamia enim
non est iniuria homini propter seipsum
sed propter proximum consistendum
appetere igitur famam non propter proximum
caritatis est. Appetere vero propter se
ipsum ad inanem gloriam pertinet
ergo contemptus fame ratione sui
ipsius humilitatis est hoc vero proximi

xiii

ignominia est et crudelitas illis.
Ergo quibus imminet ex officio
vel ex statu professionis aliorum
saluti providere peccat nisi in-
famiam propriam iuxta posse re-
pellat. Illis vero quibus magis
custodia sue proprie salutis indiget
possunt sola humilitate providentes
famam vel infamiam contempnere.
Sed cum infamia non repellatur
sed scandalum subtrahendo et
linguas detrahentium compescendo
primo modo omnes tenentur scilicet
vitare alias sine scandalo
occasionem fugere non posset quod sine
peccato esset. Sed secundo modo non tenentur
nisi quatenus debet aliquis
saluti proximorum providere. Et hoc
est quod Gregorius dicit nona omelia
super Ezechielem: linguas detra-
hentium sicut nostro studio non
debemus excitare ut ipsi per ea
ita per suam maliciam excitatas
debemus equanimiter tollerare
ut nobis meritum crescat. Aliquando
etiam debemus compescere ne dum
de nobis mala disseminant
eorum qui nos ad bona audire
poterant corda innocentium corru-
pant et nostra. Etenim hii quorum
vita in exemplum imitationis est
posita debent si possunt detra-
hentium sibi verba compescere
ne eorum predicationem non audiant
qui audire poterant et in pravis
moribus remanentes bene
vivere contempnant. Et ex hiis patet
solutio ad obiecta. **Articulus**

xiiii Ad 3m sic proceditur. Videtur
quod uti preciosis vestibus
semper est peccatum. Quicquid enim
agitur propter vanam gloriam est
peccatum. Sed preciosa vestimenta non
portantur nisi ad vanam gloriam.
Unde Gregorius in omelia de
divite epulone: Nemo quippe
vestimenta preciosa nisi ad inanem
gloriam querit videlicet ut ho-
noratior ceteris esse videatur.
Nam pro sola inani gloria

preciosum vestimentum queritur
ipsa res testatur. Quia nemo
vult ibi preciosis vestibus indui
ubi ab aliis non possit videri.
Ergo usus preciosarum vestium semper
est peccatum. Preterea prima ad Thimotheum
sexto: habentes alimenta et quibus
tegamur hiis contenti simus. Glosa:
quod amplius est a malo est. Sed precio-
sitas vestium est amplius. Ergo
est peccatum. Sed contra est quod Seneca dicit
ad quandam reginam: Indue te deli-
cate non propter te sed ne dignitas
regia vilescat. Preterea prima ad Thimotheum
2o: Non in tortis crinibus aut
auro aut margaritis vel veste
preciosa. Glosa: ultra modum scilicet.
Et ita si aliquis preciosis vestibus
utatur secundum modum suum non peccat.
Responsio dicendum quod aliter est hic loquendum
de persona publica et de persona
privata. Nam in persona publica
consideratur et status dignitatis
et ipsius persone conditio. Circa
quem dico ita se debet habere
ne dignitatis auctoritas
veniat in contemptum et ne ipsa
in superbia auferatur. Utrumque ergo
ei potest esse laudabile et quod pre-
ciosis vestimentis utatur ad re-
verentiam auctoritatis et quod
utatur vilibus propter humilitatem.
Ita dumtaxat ut neque ad auctoritatem
conservandam fiant in superbia. Et
ne dum nimium servatur humilitas
regendi frangatur auctoritas
ut dicit Augustinus. Et hac ratione
laudabiliter sacerdos in divino
officio preciosis utitur indumentis
ad reverentiam divini cultus.
Et laudabiliter ab huiusmodi
propter humilitatem quibusdam re-
ligionibus abstinetur. Sed eo
autem qui est privata persona virtuosum
est si propter humilitatem abiectioribus
indumentis utatur etiam quam
status ipsius requirat. Unde
Gregorius in omelia predicta:
Si abiectio preciosi indumenti
virtus non esset evangelista de Iohanne
vigilanter non diceret: Erat indutus

pilis camelorum; licitum est autem quod secundum modum status competentem preciosis utatur, sed peccat si quis in modum excedat. Et quia preciosum dicitur relative, sicut et magnum, tamen illud quod est preciosum uni non sit preciosum alteri. Preciositas vestium semper sonat in excessum presentis modi. Et secundum hoc semper est peccatum preciosis vestibus uti. Et sic loquitur Gregorius, unde est solucio ad primum. Ad secundum dicendum quod in alimento et tegumento intelliguntur omnia que nobis sunt necessaria secundum convenienciam nostri status etc.

Divisio est.

Deinde queritur de quibusdam que contrarietatem recte fidei et circa querunt duo. Primo utrum hereticus sit excommunicandus. Secundo utrum redeuntes ad ecclesiam sint recipiendi etc.

Ad primum sic proceditur. Articulus

xv Videtur quod hereticus sit communicandus, dicitur enim Mathei in parabola de zizania, dicitur quod pater familias dixit messoribus: Sinite utraque crescere usque ad messem, hoc est usque ad consummacionem seculi, ut dicitur ibidem. Cum ergo per zizania intelligantur heretici, non sunt a communione fidelium separandi ante diem iudicii. Unde videtur contra hoc demum preceptum facere principes hereticos interficientes. Sed contra est quod dicitur ad Corinthios vi: Exite de medio eorum et separamini, et loquitur de infidelibus, ut patet ex hoc quod premiserat: Nolite ducere iugum cum infidelibus; ergo hereticis non est communicandum. Responsio. Dicendum quod hereticis non est communicandum duplici racione. Una est racione excommunicacionis. Cum enim sint excommunicati, non est eis communicandum, sicut nec cum aliis excommunicatis. Alia racio est racione heresis, propter periculum ne eorum conversatio alios corrumpat, secundum illud prima ad Corinthios xv: Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Secunda racio est ne videatur eorum perverse doctrine aliquem consensum prestare.

Unde in historia canonica Iohannis: Si quis veniat ad vos et hanc doctrinam non affert, nolite eum in domum ducere nec ave ei dixeritis. Qui enim ei dicit ave, communicat eius operibus malignis. Unde dicit glosa: Hic quod vox est instituta communionem esse cum illo, alioquin simulator est qui in christianis esse non debet. Tercio ne ex illa familiaritate aliis contingat occasio hereticorum. Unde ibidem dicit alia glosa: Et si vos forte decepti non estis, forsitan per talem meam familiaritatem posset decipi qui crederet illos placere nobis et sic crederet illis. Unde glosa alia ibidem dicit: Unde sancti apostoli atque eorum discipuli in religione tantum cautela utebantur, ut nec verbi quidem communionem cum aliquo eorum qui a veritate declinaverat habere poterant. Sic tamen est intelligendum nisi cum aliquo loquamur de eius salute. Ad primum ergo dicendum quod in illo precepto patrisfamilias duplex consideracio intelligitur. Una est ut exponatur preceptum de ulla separacione malorum a bonis, et sic accipitur ex ipsa consideracione messorum. Unde ex illa et colligentes ea hoc enim non erit nisi in die iudicii. Secunda consideracio est ut intelligatur preceptum quod mali sine periculo bonorum extirpari non possunt. Et hoc patet ex racione patrisfamilias qui dicit: Ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis et triticum. Et quidem tribus modis contingere posset. Uno si aliquis credatur aut de eius malicia constet. Unde dicit glosa: Eorum monet deus ne ambigue iudicemus. Secundo si non esset in malicia obstinatus, unde nullus excommunicatur nisi post commonicacionem. Unde dicit glosa ibidem: Monet non cito amputacione quia qui hodie errat forsitan cras defendit

Ad thimotei vltio d. hereticum
hominem post pri. et tria correpcionem
de vita. Tercio si sit mali cum
bonis involuatur ut dicit
glosa ibidem aug. Et multitudo
non est excommunicanda nec principes
populi ymmo istis aut remotis debet
mali percudi secundum illud prima ad corin.
v. auferte malum ex vobis
et sic patet solucio ad xiij.
xvi articulus
Ad xiiij sic proceditur videtur
quod heretici redeuntes ad
ecclesiam non sint recipiendi
quia peccatores contra fidem
que est ecclesie fundamentum. Et ideo
in edificacione ecclesie non debet
superedificari ergo non debent ad
ecclesiam recipi. Sed contra quia ecclesia nulli
debet claudere gremium sicut xpistus
qui dedixit qui venit ad me
non eiciam foras xvj iohannis
Responsio quod quamdiu status vite statuis
durat homo non potest esse totaliter in
peccato obstinatus licet enim erit
in dampnatis post mortem. Et ideo
omnibus in hac vita viuentibus
quibuslibet relinquitur locus penitencie
Et ideo quilibet quantumque delinquat
vel in fide vel in moribus est ab
ecclesia recipiendus ad penitenciam
Et quamvis dictum est heresis sed tamen
non est necessarium quod sit ad dignitatem
recipiantur nisi cum aliquibus misericordit
dispensaretur propter bonum pacis vel propter scandalum
aliud qui inde sequeretur. Ad primum
ergo dicendum quod quamvis fundamentum
fidei non habet ab ecclesia recipi
non debet sed postquam cum sensus recipit
tunc recipiendus est. articulus
xvii Deinde queritur de hoc quod
pertinet ad gloriam scilicet de
visione dei in patria
Utrum aliquis intellectus
creatus possit videre deum per
essenciam. Et videtur quod non intellectum
et intelligibile est aliqua proporcio
Sed intellectus creati ad divinam
essenciam nulla est proporcio cum distet
in infinitum ergo intellectus creatus ad
divinam essenciam videre non potest
ultra plus distat summe increatus
ab intellectu creato quam summe creatum
a sensu. Sed sensus non potest cognoscere
summum creatum ergo nec intellectus
summum increatum. Sed contra est exodi
xxxiij super illo non videbit me
homo et vivet dicit glosa
gregorij fuere non nulli qui
deum dicerent esse in illa regione
felicitatis in claritate sua conspici sic
in natura minime videri quorum nimirum
inquisiciones subtilitas
fefellit nec enim illi simplici et
incommutabili essencie aliud est
claritas quod est natura sed ipsa est
claritas ipsa claritas natura est
et ita essencia dei videbitur a beatis
Responsio dicendum quod necesse est ponere
divinam essenciam videri a beatis
beatitudo enim est ultima perfectio racionalis
nature nichil autem est finaliter
perfectum nisi attingat ad suum principium
secundum modum suum quod ideo dico
quia quod principium quod est deus attingit
aliquid duplex. Uno modo per similitudinem
que est communis omni creature que
tantum habet de perfeccione quantum assequitur
de divina similitudine. Alio
per operacionem ut principaliter illa maxima
qui est in ea singularis sicut in
unitate persone dico autem proprie
cognitum solius creature cognoscit
et amat deum et quia anima immediate
facta est a deo ideo beata esse
non potest nisi immediate videat
deum scilicet absque medio quod sit
similitudo rei cognite sicut species
visibilis in pupilla vel in
speculo. Non autem absque medio
quod est lumen confortans intellectum
quod est lumen glorie de quo in
psalmo dicitur. In lumine
tuo videbimus lumen. hoc autem
est per essenciam deum videre. Unde
in hoc ponunt beatitudinem
racionalis creature quod deum per
essenciam videbit sicut philosophi causas
alias ab intelligencia agente
sive posuerunt ultimam felicitatem
hominis in coniunctione intellectus nostri
ad ipsam. Ad primum ergo dicendum quod proporcio
duplicitur dicitur uno modo proprie

Sum quod importat quendam determinatum
accessum et sic proportio requiritur
inter intellectum et intelligibile, ad
hoc quod sit cognitio vel apprehensio
qualiter divina essencia nunquam
videbitur ab intellectu creato
Aliomodo dicitur uno modo pro qualibet
habitudine et sic similiter proportio
proportione ad infinitum si sit proportio
eius, vel aliqua huiusmodi habitudo
habitudine ad ipsam, et talis
proportio sufficit ad hoc quod intellectus
noster videat divinam essenciam
attingendo non comprehendendo
Ad 2m dicendum quod obiectio illa procedit
de distancia secundum proprietatem nature
non secundum racionem cognitionis Licet
enim spiritus creatus deo est dissimilis tamen
spiritus creatus est intelligibilis

Quodlibetum undecimum

Questum fuit de deo
de angelis et hominibus
De deo vero quesitum
fuit de immensitate
ipsius, de cognitione
eius et de predestinatione
Circa immensitatem
dei vero quesitum fuit Utrum so-
lius dei sit proprium esse ubique
et ostendebatur quod non, mundus enim
est in rebus numeratis. sed
constat quod omnes partes universi sunt
numerate ergo mundus est in illis
partibus universi et sic videtur quod
sit ubique Non est igitur solius
dei proprium esse ubique Preterea universale
est quidem ubique et semper quod universale non est
quod est hoc deus ergo non est proprium
solius dei esse ubique et semper
Preterea substantia spiritualis excedit cor-
poralem sed hoc quod dicitur esse
ubique pertinet ad substantiam corporalem
quia in solis corporibus est proprium
assignare locum ergo multo magis
ubique pertinet ad substancias spirituales
et sic videtur quod non sit solius dei
proprium esse ubique Preterea ad commen-
dacionem boni regis pertinet quod
possit gubernare etiam in absencia
sua regnum. sed deus est commen-
dator omni regi ergo videtur
quod etiam competat sibi ad suam
commendacionem quod gubernat
totum mundum, vel aliquas partes
in absencia sua per providenciam
et sic videtur quod non sit dei proprium
esse ubique Preterea constat quod quedam
dicuntur deo propinqua et remota
et quanto magis sunt remota tanto
magis sunt corruptibilia Non
autem posset dici aliqua propinqua
et alia remota deo, si deus
esset ubique Preterea dato quod tota
machina mundialis esset unum
corpus continuum, constat quod illud
corpus esset ubique, non igitur est
solius dei proprium esse ubique Contra
est quod Ambrosius probat spiritum
sanctum esse deum quia est ubique sed si
esse ubique non esset solius dei
proprium racio sua non valet, cum
ergo racio huiusmodi valeat videtur
quod sit solius dei proprium esse ubique
Respondeo dicendum quod spiritualia dicuntur
esse in loco non quidem per contactum
magnitudinis sed virtutis cuiuslibet
rei spiritualis, loquentes autem de
aliqua rei spiritualis virtute
oportet nos loqui de loco in
quo est virtus autem dei est
infinita. que quidem infinitas ap-
paret quantum ad duo Primo quia
non solum extendit creaturas que
sunt fuerunt et erunt sed etiam
omnes que possunt ymaginari esse
Secundo quia virtus dei sic est et sic in
omnibus operatur et in singulis
secundum proprium modum rei, et ideo
esse ubique proprie competit soli deo
competit, aliis autem rebus competit
esse ubique improprie Unde distinguitur
modus quo deus est ubique et
quo alie res quibus aliquo
modo competit esse ubique Nam
huiusmodi dicitur esse ubique quia
sunt tamen in hiis que sunt in presencia
Deus autem est non solum in hiis
que sunt sed etiam in ymaginabilibus
et in preteritis et in futuris

Item alie reb no sut ubiqz sit
in loco uno sed sut in diusis
locis sed deus ita est ubiqz
q est in quolibz et i toto, qa
eius vtus sic efficacia no
solu in illud q e qne vniuso
sm illud q e ppm vniuiusqz
vel ptiularí, et ideo e i
omibz sit in vno loco et sic
in pluribz q e ppe esse ubiqz
Vnde tn hoc icto solus deus
sit ubiqz solius dei ppm est
ee ubiqz. Ad pm go q unus
no est i rebus inatis sic in
loco sed sic accidens in sbcto
Ptea vnus licet sit i omibz
inatis sic in vnica existente
no tn est in qualibet parte
qa no quelibet ps inaliter corpo
Item unus no est omia vnus
sed multitudo quedam, deus at
e in rebus p vtute sua, et i
singlis opatur ut dcm e Ad
2m dcm q vle dr esse ubiqz
et semp magis p remocione
quam p potencia non esse dicatur
ubiqz et semp eo q sit i omi
loco et et i omi tpe sed qa
abstrahit ab aliis que non
determinant sibi locu et tpus
determinatu, et ptea vlia no
sut subsistencia Ad 3m dcm q
natura spualis excedit corporale
excessu dignitatis nature et no
in virtute agendi ymo videmus
q multe esse spuales habent
determinata corpa in qbz agat
Sic aia celib corp humano
et ideo no e sile Ad 4m dcm
q no esse ubiqz e ex defectu
regis terreni ppt circuscripto
ne sue, deus aut cu sit incircu-
scriptibilis est ubiqz, et tn
si non esset ubiqz nichilominus
gubernaret omia p videncia
sua vnde in rege terreno
no est esse pnc e ad defectu
sed q gubernat in absencia
est ad comendatoz, deus aut
est ubiqz et omia gubernat
Ad 5m dcm q licet distancia

Et ppinquitas creaturarum ad
deu no est sm locu sed sm si-
militudinem et dissilitudinem,
Etiam illa qua magis assimilantur
deo dicitur sibi esse ppinquiora
que vero magis recedunt a simili-
tudine eius dicuntur esse sibi
remociora Ad 6m dcm sic, si
dato q tota machina mundialis
esset unu corpus continuu
no tn pter hoc posset ymagi-
nari q esset ubiqz sm vnu
locu tm, quia totu illud i quo
esset acciperetur p vno et sic no
contingeret qlibet ptiularem q
esse ubiqz cpleceret i sua loc

Articulus

Circa cognicione vero dei
querebatur vtru deus
cognoscat malu per
bonu. Et videtur q no, qa cog-
noscere vnu p aliud ptinet ad
defectu cognicionis sed i diuina
cognicione nullus pt esse defectus
ergo videtur q deus no cognoscat
malu p bonu Ptea cognoscere
vnu p aliud e in cognoscendo
discurre sed in diuina cognicione
no e discursus go cu cognoscere
malu p bonu sit cognoscere
vnu p aliud, videtur q deus
no cognoscat malu p bonu
Ptea pħus dicit in iiio de
aia q intellectus qui sp est in
actu no cognoscit priuacionem
sed intellectus diuinus semp e in
actu igitur etc Ptea omia que
cognoscuntur, cognoscuntur p aliqua
similitudine in ipso cognoscente
existentem sed malu no habet
aliquam similitudinem ergo deus
no cognoscat malu p aliquod
bonu q in re existat Sed contra e
q augustinus dicit q malu cognoscitur
sm q ab ipso bono discordat
Resp dicendum q ppria cognicio vniuscu-
iusqz rei est sm q cognoscitur
p ppriam racionem i cognicionibus
aut quedam sut q sut rerum ppria

Absoluta ut homo et lapis quorum
ipsa non ratio dependet ex alio quecumque
vero sunt que habent propriam rationem
non absolutam sed ex alio depen-
dentem sic est in relativis et in
privativis et in negativis quorum ratio
dependet ex ordine quem habet
ad alia Nam ratio cecitatis
non est absoluta sed dependens
cum sit ordine ad visum cuius
est privatio Cum ergo deus omnia
cognoscat secundum proprias rationes
dico quod illa quorum ratio est absoluta
cognoscit absolute et non per
aliquid aliud Illa vero quorum ratio
est dependens in ordine ad alia
cognoscit secundum ordinem ad illa
ex quibus dependet Cum ergo
ratio mali non sit absoluta sed
dependens cum sit sibi discor-
dat a ratione boni cognoscit
malum secundum ordinem ad bonum
secundum quod discordat ab ipso bono
Ad primum ergo dicendum quod in illis que sunt
rationis absolute est ad defectum
cognitionis cognoscere unum per
aliud sed non in illis quorum
ratio est ad aliud ut dictum est
Ad 2m dicendum quod cognitio discursiva
est cognoscere unum in cognitione
per aliud cognitum absolute. Sed
cognoscere unum cognitum per
aliud cognitum ad quod ordinatur
non discurrere est in cognoscendo et
hoc modo cognoscitur malum Ad
3m dicendum quod licet malum non sit
oppositum divine essencie tamen
est oppositum effectui divine essencie
Nam bonum creatum non est
oppositum malo sed bonis effectibus
qui creantur a bono increato
opponitur malum in quantum discordat
ab hiis effectibus cognoscitur Ad
4m dicendum quod illud habet locum
in illo intellectu qui cognoscit
res per adequacionem et species
suas et ille modus cognoscendi
non est in deo qui cognoscit
omnia per essenciam suam

Ad quintum dicendum quod licet malum non
habeat aliquam similitudinem in
deo tamen oppositum mali scilicet bonum
creatum habet similitudinem in deo
sicut in sua causa et ita bonum
cognoscitur per se ipsum malum vero
per bonum

Articulus

m

Circa predestinationem querebatur
utrum predestinatio imponat
necessitatem et ostendebatur
quod sic Constat enim quod prede-
stinatus omnino salvatur si hoc
non esset nisi necessarium est prede-
stinatum salvari Videtur ergo quod
predestinatio necessitatem imponat
Item ad romanos ix° dicit apostolus
Non enim est volentis neque cur-
rentis sed dei miserantis
ergo videtur quod quicquid homo habet de salute
sit ex sola predestinatione divina
et ex nullo alio et sic videtur
necessitatem imponere Sed contra augustinus
dicit qui creavit te sine te
non iustificabit te sine te Responsio
dicendum quod predestinatio certitudinem
habet et tamen necessitatem non imponit
In predestinatione enim tria sunt consi-
deranda quorum duo presupponit
ipsa predestinatio scilicet presciencia dei
et dilectio et voluntas qua
vult predestinatum salvari Et
tercium est predestinatio que nichil
aliud est quam directio in finem
quam vult deus brevi dirigere quelibet
autem horum trium certitudinem
habet et inde necessitatem non
imponit Et quod prescientia divina
certitudinem habeat patet deus
enim cognoscit nobiliori modo
quam nos cognoscamus Nam
cognitio nostra est in tempore et ideo
intuitus noster respicit res secundum
tres raciones scilicet presentis preteriti et
futuri ut scilicet cognoscit preterita
ut preterita presencia ut presentia futura
ut futura et naturaliter cognitio
vero divina est supra tempus
et mensuratur eternitate solum
et ideo non cognoscit res ut sunt
in tempore sed prout sunt in eternitate

Scilicet prout sunt presentia et hoc modo
necessaria quia contingentia. Unde omnia
cognoscuntur tamquam presentia in sua
principalitate. Cum ergo etiam
intellectus noster certitudinaliter cognoscat
presentia et multo magis deus omnia
sibi presentia certitudinaliter cognoscat
ex quo illa necessitas pro rebus
cognitis inducitur. Sic videmus
quod aliquis existens eminenti videt
certitudinaliter homines venientes
aliquorum existencium per vias diversas
conversum et non videntur vel
que sunt sibi presentia tamen hominibus
istis, ex hoc illa necessitas imponitur.
Item hoc non est nisi ex hoc quod
in alto existens intuetur omnia in
presentia que eunti in plano sunt
preterita, sed illa que retro sunt
presentia illa scilicet que sunt iuxta se
et futura illa scilicet que antelocata
sunt. Quod autem voluntas divina
certitudinem habeat et tamen necessitatem
non imponat sic patet. Voluntas
enim dei est efficax et perfecta causa
omnium rerum, quia omnia quecumque
voluit deus fecit. Cuius perfectio
et efficacia apparet ex hoc quod non
solum movet et causat res sed
etiam dat eis talem modum
causandi secundum quod cuilibet rei
deputatum modum contulit quo suos
effectus producit. Unde quia ipse
voluit quedam esse in universo
necessaria et quedam contingentia
constituit quasdam causas quibus
contulit ut contingenter causarent
et quibusdam contulit ut necessario causa-
rent effectus. Unde voluit istud
vel illud effectum non solum esse
sed etiam tali modo esse scilicet vel
necessario sicut quod voluit petram
currere, sed etiam contingenter esse.
Et sic voluit illum vel istum
hominem salvare sed eo modo
sed eo modo ut arbitrii libertatem
non perdat. Et sic quod petrus vel mar-
tinus salvatur, hoc est duabus causis
una scilicet voluntate divina

Et hoc habet certitudinem. Alia
liberum arbitrium et hoc habet
contingentiam, et sic est in aliis rebus
quia quod sunt contingentia convenit eis
ex causa proxima, quod vero sint certa
et necessaria provenit eis ex prima
causa rerum. Unde prima causa
rerum scilicet divina voluntas certa
de contingentibus certitudine habet
ex qua quidem certitudine non
imponit ipsis rebus aliqua
necessitas quia non solum vult ea esse
sed tali modo esse scilicet necessario vel
contingenter ut dictum est. Quod vero
predestinatio certitudinem habeat
et necessitatem non imponat sic patet
motus enim vel directio vel
propositum dirigendi in finem, quod
propositum est ipsa predestinatio, est
per constitutionem et ordinem causarum
a deo constitutarum. Constat autem quod
quando sunt due cause ordinate
quarum una est necessaria et alia con-
tingens ergo effectus est contingens.
In predestinatione autem sunt due
cause ordinate quarum una est
necessaria et alia contingens ergo effectus
est contingens. In predestinatione
autem sunt due cause quarum una
est necessaria scilicet ipse deus et alia
contingens scilicet liberum arbitrium
et ideo oportet effectum predestinationis
contingentem esse. Unde quia deus
scit et vult istum vel illum consequi
talem finem, predestinatio habet
certitudinem quia vero deus vult
ut secundum libertatem arbitrii in
talem finem dirigatur, hinc numquam
certitudo predestinationis nullam
necessitatem imponit. Ad primum ergo dicendum
quod hoc quod iste predestinatus omnino
salvatur est ex certitudine divine
predestinationis non tamen est ibi necessitas
absoluta sed conditionalis quia
si talis est predestinatus necessario
salvatur. Non autem est necessarium simpliciter.
Ad secundum dicendum quod verbum apostoli hoc est
sic intelligendum quia sit necessarium
velle et currere ex parte nostra si
quia principium primum bene operandi

Non est a nobis sed ex miseri-
cordia diuina infundente gratiam
michilominus tamen oportet quod ex parte
nostra sit aliquod principium Articulus
iiij Circa angelus questium fuit
de motu angeli scilicet Vtrum
motus eius sit in instanti
Et videtur quod sic constat enim
quod mutacio angeli simplicior
est omni mutacione corporali Sed
inuenitur aliqua mutacio corporalis
in instanti sicut illuminacio et huiusmodi
ergo multo magis motus angeli
est in instanti Item creature nobilissime
creature competit nobilissimus motus
Nobilissimus autem motus ille est
qui est in instanti ergo competit nobilis-
sime creature scilicet angelo Contra
omnis motus habet prius et posterius
sed numerus prioris et posterioris in
motu facit tempus ergo in omni
motu est tempus ergo nullus motus et
angeli est in instanti Responsio Dicendum
quod dicitur mutacio habet duos terminos
quos non contingit simul esse Vnde
impossibile est quod aliquis motus vel
mutacio sit in instanti hoc modo quod
in instanti ambos terminos compleatur
Vnde sciendum quod in rebus corporalibus
duo termini motus vel mutacionis
dupliciter se possunt habere Vno modo quod possit
assignare instans in quo terminus ad
quem primus est et aliud in quo terminus
a quo vltimo est et sic tamen inter
quelibet duo instancia sit tempus
medium sequitur quod de vno termino
motus in alium fiat transitus per
tempus et sic talis mutacio est in
tempore et non in instanti hoc autem contingit
quando inter duos terminos motus
est aliquod medium accipere sicut inter
album et nigrum et inter esse hic
et esse ibi Sed aliquorum terminorum mu-
tacionis scilicet inter quos non est
accipere medium vt inter album et
non album et inter ignem et non ignem
inter tenebrosum et luminosum Quia
a causa et negacio sunt per se immediate
et similiter priuacio et forma in subiecto
determinato et in talibus licet sit
accipere instans in quo est terminus
ad quem non tamen est accipere instans

In quo vltimo est terminus a quo Cum
igitur inter quelibet duo instancia
sit tempus medium sequitur quod in
illo tempore medio in neutro
extremorum esset quod est impossibile
cum sint extrema omnino et immediata
ergo oportet dicere quod tamen illud instans
in quo primo est terminus ad quem sit
terminus alicuius temporis quod in toto tempore
precedenti durabat terminus a quo et
sic tamen inter tempus et instans quod est
finis temporis non sit tempus medium
non sit transitus de vna extremi-
tate in aliam in tempore sed in instanti
primo desinit esse terminus a quo
et incipit esse terminus ad quem
et huiusmodi mutaciones dicuntur
esse instantanee sicut illuminacio generacio
et corrupcio Sed oportet quod ille
mutaciones dicte sint termini motuum
continuorum et tempore existencium quia
tempus in quo est vltimo terminus a quo
mensurat aliquem motum per quem
accedit ad terminum ad quem Sicut
per alteracionem materia disponitur ad
formam et per motum localem corporis
luminosi accedit ad situm in quo
illuminat et sic habet dici quod generacio
et corrupcio sunt termini alteracionis
et illuminacio motus localis Sic
igitur sunt due mutaciones corporalium
Sed neutra harum potest esse in
motu angeli cum motus angeli
attendatur secundum diuersos contactos
virtuales angeli ad diuersa loca
qui quidem contactus non sunt continui
Vnde sequitur quod motus angeli
non sit continuus et ita tempus quod
tempore mensurat motum angeli non
est continuum tamen continuitas temporis
sit ex continuitate motus vt dicitur
in Xto phisicorum non enim potest
dici quod motus angeli mensuretur
tempore continuo quod est numerus motus
celi Quia motus angeli non
dependet ex motu celi et sic patet
quod motus angeli mensuretur
quodam tempore in quo constancia sunt
sibi succedencia sine continuacione
quia tempus ex hoc quod est numerus non
est continuum sed ex hoc quod est numerus motus

Postmum. Sic igitur in motu angeli
duo extrema motus non sunt in
duobus instantibus inter que sit tempus
medium sed licet unum extremorum
est in tempore et aliud in instanti quod
terminat tempus sed duo extrema sunt
in duobus instantibus inter que non
est tempus medium, et sic oportet
dicere quod motus ~~non est tempus medium~~
angeli sit in tempore licet alio modo
quam motus corporis sit in tempore.
Ad primum ergo dicendum quod mutatio
angeli sicut predicta ostenditur esse
simplicior quam ista mutacio cuius
duo extrema in duobus instantibus
inter que cadit tempus medium, cum
inter duo instancia motus angeli
non cadat tempus medium. Illa
etiam simplicior est quam illa cuius
unum extremum est in toto tempore
continuo, cum hic unum extremum
sit in instanti indivisibili et tamen non
interscidit tempus medium sicut nec
illi. Et quia est simplicior ideo
etiam sequitur quod sit nobilior. Unde
patet solucio ad 2m. Articulus

v. Deinde quesitum fuit de
homine. Et circa hoc questio
est de partibus humane nature
de sacramentis gratie de con-
versacione humane vite. Circa
primum continetur duplex sermo de anima
et de corpore. De anima quesitum
est utrum sint eadem substantia anima sensitiva
et intellectiva, et ostendebatur quod non.
Nam anima sensitiva educitur ex po-
tencia materie, intellectiva vero
per creacionem, ergo non eadem est
forma utriusque. Preterea illa forma que
sit una et eadem est in eodem tempore
mota ad opposita sed sensus et
racio eodem tempore movetur ad opposita
sicut dicit apostolus romanorum 7o
video aliam legem in membris
meis repugnare et contrariis
et talis non sunt unius forme. Preterea
corruptibile et incorruptibile non sunt eiusdem
generis ergo nec unius modi. Sed anima
sensitiva est corruptibilis intellectiva vero
incorruptibilis ergo sensitiva et intellectiva
non sunt eiusdem modi, et sic non eiusdem
forme. Preterea anima sensitiva est communis
nobis et brutis, sed in brutis
educitur de potencia materie ergo
et in nobis non est illa eadem
cum intellectiva que est per creationem. Sed
contra unius perfectibilis una est perfectio
sed corpus humanum est unum perfectibile
ergo anima que est eius perfectio
est una. Responsio dicendum quod circa ordinem
formarum est duplex opinio
una est avicebron et quorundam
eius sequentium qui dicunt quod secundum
ordinem generum et specierum sunt diverse
forme substantiales secundum se advenien-
tes. Sic est forma corpus animatum
corpus et animal, dicunt ergo quod
quedam forma substantialis est per quam est
substantia tamen et postea est alia per quam
est corpus, deinde est et alia per
quam est animatum corpus, et alia
per quam est animal, et alia per quam est
homo, et sic dicunt de aliis formis
substantialibus rerum. Sed hec posicio stare
non potest quia cum forma substantialis sit que
facit hoc aliquid et dat esse
substantiale rei tunc solum prima forma
esset substantialis cum ipsa solum dat
esse substantiale rei et facit hoc aliquid,
omnes autem alie post primam ad-
venientes essent accidentales nec tamen
darent esse rei simpliciter sed esse
tale, et sic amissione ipsarum aggrega-
cione ipsarum non esset generacio et
corrupcio sed tamen alteracio. Unde
patet hoc non esse verum. Similiter etiam
esset impotentis anime. Nam
solum prima scilicet vegetabilis esset
forma substantialis, et faceret hoc aliquid,
alie vero accidentaliter essent advenientes
quod omnino est falsum. Et ideo dicendum quod
quamquam forme dicuntur secundum perfectum
et imperfectum. Est enim aliqua forma
que non dat nisi esse corporis,
aliqua est magis perfecta que
etiam dat esse et vivere quorumque
non vincendi, aliqua que cum
hiis dat etiam sentire. Unde patet
quod forma ultima est perfectior primis
et habet se ad eas sicut perfecti-
ssima ad imperfectiores. Et ideo
que continetur in ipsis totum est
virtute in ultima. Unde dicendum
est quod una et eadem essentia est anime
sensitive et intellective. Sed intellectiva

Dicendum ad opposita sic. Contrarium ad-
contrarium ad contrarium est, cum quia
sensitiva et intellectiva sint eiusdem es-
sentie, est quod nisi vires anime
radicarentur in una essentia
numquam una impediretur ab alia
nec etiam virtus unius redundaret
in aliam. Item cum intellectus non
habeat determinatum organum in corpore
quo mediante exerceat operationes
suas, non videtur ad quid uni-
retur corpori nisi esset eadem essen-
tia cum sensitiva. Sic ergo patet
quod una essentia est anime sensitive
et intellective. Sed dicunt secundum perfectum
et imperfectum ut dictum est. Ad primum
ergo dicimus quod anima sensitiva educitur
de potentia materie in brutis,
in nobis vero non, sed est per creationem
cum eius essentia sit solum que
est per creationem. Ad secundum dicendum quod
non est inconveniens aliquid idem ex eius
secundum diversas vires vel partes
moveri ad opposita. Et ideo licet
substantia anime sit eadem sensitive et
intellective, tamen potest secundum diversas partes
et vires moveri ad opposita,
ut scilicet sensus moveatur ad ea
que sunt sibi propria et ratio ad
ea ad que ordinatur. Ad secundum
dicendum quod licet incorruptibile non sit idem
cum corruptibili, tamen convenit aliquid in-
corruptibile quod habet aliquam proprietatem
quam corruptibili, et sic est in anima
nostra. Nam ipsa substantia anime est
incorruptibilis, nihilominus tamen habet
aliquid in se scilicet sensitivam que est
etiam corruptibilis. Ad ultimum dicendum
quod licet sensitivum sit genus nobis
et brutis quantum ad rationem generis,
tamen quantum ad rationem speciei alia
est in homine sensitiva et alia in
brutis, et similiter alia in asino
et alia in equo et in bove.
Unde secundum quod differunt aliqua spe-
cie, etiam differt in eis sensitiva. Et
ideo non sequitur quod si in brutis
educatur de potentia materie quod
etiam in homine, quia in homine est alterius
speciei et est per creationem.

XI

De corpore autem questio
est utrum resurgat idem
numero, et ostendebatur
quod non. Primo secundum philosophum
in topicis illud dicitur idem numero quod
est idem proprio actu et diffinitione.
Sed corpus in resurrectione non
habebit eandem propriam quam nunc est vile,
tunc non, nec eadem actualitas, quia
nunc albus crispus niger et hodie,
que tunc non erunt; eadem diffinitione,
quia nunc diffinitur per mortale, tunc
vero non mortale erit. Ergo videtur
quod non resurgat idem numero. Preterea
identitas materie facit idem
numero, sed materia corporis resur-
gentis non erit eadem cum
corpore quod nunc est cum multe sorde
reficietur; ratione ergo corpus non
resurgat idem numero. Preterea
philosophus dicit in libro de anima
quod non est eadem statua numero que
destruitur et de eodem ere reficitur;
ergo pari ratione quod corrumpitur
non erit idem numero cum eo quod resurget.
Preterea constat quod homo humanitate
est homo et una humanitate est
unus homo. Sed in corpore quod nunc est
et quod resurget erunt due huma-
nitates, quia per mortem destruitur
forma totius, ergo erunt duo ho-
mines, et sic videtur quod corpora
non resurgent eadem numero. Contra
Job decimonono: Quem visurus
sum ego ipse et non alius. Respondeo
dicendum quod ad hoc quod aliquid sit idem
numero requiritur identitas princi-
piorum essentialium. Unde si ordo
principiorum essentialium etiam in
ipso individuo variatur, non est
unitate et identitate variari.
Illud enim est essentiale omnibus
individuis quod est de ratione ipsius,
sic quibus rei sunt essentialia materia
et forma. Unde si accidentia
variantur et mutantur remanentibus
principiis essentialibus individui
~~quod est de ratione ipsius~~ ipsum indi-
viduum remanet idem. Cum ergo
principia talia hominis sint et anima et corpus

Et remaneat quia resurget eadem anima et idem corpus. Dicendum quod corpus hominis resurget idem numero. Ad primum dicendum quod obiectio illa procedit ex falso intellectu litere. Non enim dicitur ibi homo ibi quod sit idem actus nunc et postea, et idem spiritus. Vel illud est idem numero quod est ibi cum acute et ibi cum spiritu, cum fluctum est ibi cum acute proparoxitone, et non illa que sunt in actus ibi spiritum et una dictionem. Unde patet quod obiectio eius sic intellexit textum. Dato autem quod sic illud intellectum procedit, obiectio debet intelligi de accidentibus individualibus, scilicet de dimensionibus, et hoc erit in corporibus gloriosis. Item erit idem spiritus, scilicet risus. Job viii: implebit os tuum risu et labia tua iubilo. De diffusione vero dicendum est quod licet resurgat immortale, tamen natura mortalitatis non tolletur ab eo, quia natura humana erit ibi que ex se habet quod sit mortalis. Ad tertium dicendum quod licet eadem materia faciat idem numero, non tamen materia nuda, nec que facit principium in numero. Sed una materia sicut quod est sub dimensionibus terminantibus ipsam, facit idem numero; reitterentur in materia corporis resurgentis, tunc resurget corpus sub eisdem dimensionibus et cum eisdem principiis essencialibus. Ad quartum dicendum quod philosophus dicit contra; ipse enim vult si statua resolvitur in aere quod sit idem numero. Preterea omnia tamen dicendum quod omnia artificialia ponuntur dici in genere et in specie ut per materiam suam vel per forma sua. Naturalia autem ponuntur in genere et in specie per formam, forme autem artificiales sunt accidentales. Ideo oportet quod collocentur in genere et in specie per materiam. Sic resolvitur eadem statua. Si non consideretur per ut ponitur in genere et in specie per formam, sic dico quod non resolvitur eadem, sed alia, quia alia est forma hominis et alia illius in corpore, aut non est sic quia in corpore erit eadem forma. Ad aliud dicendum quod non sunt due opiniones humanitates in corpore quod corrumpitur et quod resurget, sed una, quia principia essencialia non mutantur, sed sunt eadem.

Divisio

De sacramentis vero questa quesita sunt tria: primo de sacramento confirmationis, secundo de sacramento eukaristie, tercio de sacramento matrimonii.

Circa primum articulus vii

queritur utrum solus episcopus debeat conferre sacramentum confirmationis. Videtur quod quilibet sacerdos possit conferre. Constat enim quod in confirmatione confertur gratia spiritualis. Sed huiusmodi gratie collatio est ordinata ut non possit impediri. Constat autem quod per absentiam episcoporum multociens impeditur, quia non sunt ubique presentes. Ergo debet conferri per ministerium sacerdotum qui sunt ubique presentes. Item sacramenta sunt instituta propter utilitatem, ergo debent eo modo conferri quo conferet utilitati omnium. Sed hoc non fieret si solus episcopus conferret hoc sacramentum in quo datur robur spiritus sancti, quia non omnes habent oportunitatem episcopi. Ergo debet fieri per sacerdotes per quos possunt omnes consequi hanc utilitatem. Item constat quod sacramentum baptismi est maius quam sacramentum confirmationis. Sed baptismus potest conferri per quoslibet sacerdotes, ergo multo magis confirmatio. In contrarium est ecclesie consuetudo. Dicendum quod proprius minister sacramenti confirmationis est episcopus, et hoc probatur ratione et auctoritate. Ratione quidem quia confirmatio ad hoc fit ut homo in quadam perfectione constituatur, cum detur ad robur spiritus sancti, scilicet ut homo ex hoc fiat fortis et robustus ad contendendum et proponendum fidem coram regibus et principibus. Unde et propter hoc fit in fronte, ut non erubescat nec confundatur proponere fidem coram omnibus et defendere.

Sicut aut dyonisius dicit tres
iherarchie celestis sz purgare
illuminare et pficere purgare est
pprium dyaconor illuminare pbite-
ror et hoc consistit maxime in
eukaristia perficere vo episcopor
Et ideo quia sacramenta que
ad pfectonem conferunt ptinent
ad collacionem epi que sunt colla-
cio ordinum consecracio virginum
et versorum et confirmacois Unde
alius no pt conferre confirmacois
sacramentum nisi epus hoc aut
pat auctoritate scripture Confir-
macio enim cedit i locum inpositois
manuum hoc aut no pt fieri
nisi p solos aplos Unde et p
philippum qui predicauerat vbu
dni in samaria no inponebat
manus Sed apli qui erant ihe-
rosolimis audito q samaria
recepit vbum dei miserunt ad
eos petrum et iohannem et po-
stea sc et tunc inponebant
manus sup illos et Unde cum
epi succedant in locum aplorum
ipsis debetur collacio sacramenti
confirmacois Inveniuntur tn q
aliqua que in quadam pfectoe
hominem constituunt ex dispensa-
tione committuntur simplicibus
sacerdotibus sic collacio minorum
ordinum et ideo q eciam confir-
macione fieri posset ex dis-
pensacione sine qua nullus
debet conferre sacramentum
nisi solus epus Sed pmo co
dicit q no dicm oma sacramenta
i quibus confertur gra spualis
pt conferre sacerdos Unde
licet i sacramento confirmacois
conferatur gra spualis no tn
competit sacramenti qa conso
i sacramento ordinis confertur
gra spualis que reservatur
solis epis ppter pfectoem in qua
consistit ex eo q nec confirmacio
Licet constat de inpedimento
qapiut recere ad civitates

In quibus sunt epi pntes et p
hoc patet solucio ad vnum Ad
scdm q sacramentum baptismi e
magis nctie no pfectois et ideo
ppter eius ncitatem no solum sacer-
dotes sed etia quilibet xrianus
pt baptisare in articulo ncitatis
vbi no habetur copia sacerdotum
servata nichilominus forma
sacramenti Confirmacio vero
qa no adeo ncia et constituit i
quadam pfectoe ut dictum e ma-
ioribus reservatur solis epis
Circa sacramentum Divisio
eukaristie quesita sunt
duo pmo de illis que
excluduntur a consecratoe
p fornicacione Scdo de illis qui
excluduntur a pticipatoe sacramenti
p excommunicacionem articulus
Circa pmum quesitum e Utrum
aliquis possit audire
missam sacerdotis for-
nicarii qui peccet mor-
taliter Videtur q no possit au-
dire sine pecto mortali Eccia
enim precedit sub anathemate q nullus
audiat missam a sacerdote forni-
cario sed facere contra hmoi man-
datum e pctm mortale ergo i e
Con e q in multis locis per
mundum sustinetur Ratio est
q circa hoc e considerandum q
aliquid quantum ad ius male est
pse malum et aliud e malum
quantum ad ius positivum Quamvis
enim sacerdos in pecto mortali
existens celebrat peccat mortaliter
Unde si constaret michi eum esse
i pecto mortali et inducerem eum
ad celebrandum peccarem mor-
taliter et hoc sm ipm ius naturale
qa hoc q e pvocare eum ad pctm
mortale e pctm mortale sub
aut positivum addit plus q no
solum si inducam eum ad celebrand
sed etia si audiam eius missam
pecco mortaliter q quis co-
stitutum e contra sacerdotes fornicarii

viii

Attendendum tamen est quod hoc non
intelligitur de quolibet sacerdote
fornicario sed de presbyteris forni-
cariis qui quippe dicuntur publici
quia notorii et per iura ecclesie vocantur
publice unde quicumque a tali
fornicario publice audit missam
peccat mortaliter. Secundo illud quod
obicitur dicendum quod si sustinetur a prelato
propter hoc non excusatur quia hoc est
propter negligenciam vel propter
impericiam vel defectum ipsorum prelatorum
qui non sunt ausi corrigere aliquos
cum se multa corrigenda cognoscant
vel eciam aliquando propter timorem tamen
non excusantur propter hoc. articulus xix

xix Circa 2m quesitum
Questio est utrum aliquis loquendo
conversando sive stando cum
excommunicatis peccet
mortaliter. Videtur quod sic quia
multi magistri decretorum et magni
dicunt. Primo facere contra preceptum ecclesie
est peccatum mortale sed ecclesia man-
dat quod nullus loquatur vel comedat
cum excommunicatis ergo qui hoc
facit peccat mortaliter. Item quedam
decretalis dicit ubi consulebatur
summus pontifex utrum possit parti-
cipari excommunicatis quia eciam
hoc preter tamen dispendio mortis
non debet facere et huius assignat
causam dicens quia est peccatum mortale
ergo videtur quod quicumque taliter
cum eis participat peccat mortaliter.
Contra quod tamen videmus multos peritos
viros hoc facientes qui nullo modo
hoc facerent si esset peccatum mortale.
Responsio dicendum quod aliquis qui excommunicatus
est separatur a communione. Sed hominem
contingit separari a commu-
nione fidelium dupliciter ergo quod aliquis
potest communicare seu participare cum ex-
communicato directe et indirecte.
Directe quidem in hiis que sunt
fidei et sic ille qui hoc modo
communicat sibi peccat mortaliter.
Et hoc contingit dupliciter quia
si communicet secum in divinis
ut si orem coram eo vel cum eo
vel audiam missam cum eo et in aliis
spiritualibus. Item si ex contemptu et
hoc in quocumque casu communicat
quis cum eo quasi contempnens
mandatum ecclesie peccat mor-
taliter. Item quicumque participat
secum in crimine et in causa.
Indirecte vero communicat hiis
que sunt honesta sicut in verbo
in cibis et in hiis que sunt solacii
humane conversacionis et sic
hoc non peccat mortaliter
sed venialiter nisi faciat ex con-
temptu ut dictum est. Ad primum
ergo dicendum quod opinio decretistarum
non est vera quia ipsi plus assen-
ciunt hiis que concernunt ius
humanum quam divinum cum plus
sit assenciendum divino iuri
quam humano et ideo melior
est opinio aliorum qui dicunt
contrarium. Ad 2m dicendum quod com-
municare cum excommunicato
directe est contra preceptum ecclesie
et est peccatum mortale. Sed in-
directe non est contra sed preter
preceptum ecclesie et hoc non est
peccatum mortale sed veniale.
Unde sciendum est quedam
sunt per se mala et hec non possunt
fieri sine peccato quedam vero
sunt occasiones malorum tamen
et ista possunt fieri tamen sine
peccato mortali sicut est loqui
vel comedere cum excommunicatis.
Ad 3m dicendum quod non solum quis
debet subire mortem antequam
peccaret mortaliter sed eciam
antequam peccaret venialiter
omnia peccata sequitur peccatum numquam
est eligibile. Si enim esset eli-
gibile numquam esset peccatum et sic
non peccare si facerem. Et ideo
per hoc non concluditur quod ideo
non sit participandum cum eis quia est
peccatum mortale et qui facit hoc
mortaliter peccat sed quia si
eciam esset veniale non esset
participandum eis et tamen non peccaret

Mortalis quando vel dicitur quod detractilis iste intelligitur de illis qui directe contrahunt excommunicatis et cetera.

XX Circa sacramentum matrimonii quesita duo. articulus XX. Primo de maleficiis, secundo de frigidis. Circa primum quesitum est utrum maleficiata impediat matrimonium. Videtur quod non, quia opus dei est fortius quam opus dyaboli. Sed matrimonium est opus dei, maleficium vero opus dyaboli, ergo matrimonium est fortius maleficio; non ergo impeditur per ipsum. Contra: maior est potestas demonis quam potestas hominis, sed homo potest matrimonium impedire, ergo et demon. Responsio: dicendum quod matrimonium est quasi quoddam pactum, quia per matrimonium unus tradit potestatem corporis sui alteri ad carnalem copulam. Constat autem quod pactum de impossibili nullum est, cum nullus se possit obligare ad impossibile. Et ideo quando aliquis obligat se per matrimonium ad carnalem copulam, si hoc sit ei impossibile, matrimonium nullum est. Sed notandum est quod impossibilitas carnalis copule ex aliquo impedimento proveniens potest dupliciter considerari, quia vel illud impedimentum est superveniens matrimonio iam consummato vel precedens. Si est superveniens, tunc matrimonium iam consummatum nunquam solvitur. Item talis, scilicet quod impedimenta huiusmodi vel sunt perpetua vel ad tempus. Si sunt perpetua, tunc matrimonium illud simpliciter impeditur. Si vero sunt temporalia, tunc matrimonium non impeditur simpliciter sed ad tempus. Ita tamen quod impedimentum utrumque [?] si precedat. De maleficiis autem sciendum est quod quidam dixerunt quod maleficium nichil est, et hoc proveniebat ex infidelitate, quia volebant quod demones non sunt nisi in ymaginatione hominum, ita scilicet quod homines ymaginabantur eos. Et ex ista ymaginatione territi ledebantur. Fides vero catholica vult quod demones sunt aliquid et possunt nocere suis operibus et impedire carnalem copulam.

Et ideo huiusmodi impedimenta si precedat et sint perpetua simpliciter impediat matrimonium. Ad primum ergo dicendum quod etiam dyabolus est opus dei, et non solum matrimonium, et inter opera dei unum est fortius alio et unum impeditur per aliud magis forte. Unde cum dyabolus sit fortior quam matrimonium, mirum [?] si potest ipsum matrimonium impedire.

Circa secundum articulus XXI quesitum est utrum frigiditas impediat matrimonium. Videtur quod non, quia senes sunt frigidi et contrahunt matrimonium. Contra: constat quod nulla obligat se ad impossibile; est frigidis carnaliter aliis copulari; quare si ad hoc obligat se, pactum huiusmodi nullum est. Responsio: dicendum quod frigiditas eadem ratione impedit matrimonium sicut maleficium, cum sit eadem impossibilitas in utroque. Nichilominus tamen differunt frigidus et maleficiatus. Frigidus enim est impotens simpliciter quantum ad omnes, maleficiatus vero est impotens non tamen quo ad omnes sed quo ad unam tantum. Ratio enim maleficii consistit in ymaginatione vel respectu unius mulieris, scilicet ex parte demonis sit illi abhominatio alicuius mulieris quam per [?] refugit et respuit. Et ideo aliter impedit frigiditas et aliter maleficium. Frigiditas impedit aliquem ita quod oportet quod remaneat absque omni spe contrahendi si ab una impediatur, nisi si aliquis aliquibus effectibus potest reintegrare sit matrimonium. Unde frigiditas solvit contractum et impedit contrahendum. Maleficiatus vero impeditur quantum ad istam tantum, unde datur ei licentia nubendi alteri et mulieri similiter. Unde solvit contractum sed non dirimit contrahendum, ut ideo patet. Ad primum ergo dicendum quod senes sunt frigidi et non quantum ad actum generationis XXI

Sed ad generationem prolis, et ideo
non possunt carnaliter copulari
non solvitur matrimonium. Frigi-
ditas vero que omnino carnalem
copulam impedit solvit matri-
monium etc. articulus 22

xii Circa conversacionem vero
humane vite quesita
sunt quedam pertinencia
ad proximum, quedam vero per-
tinencia ad res que in usum
humanum veniunt. Pertinencia
vero ad proximum questio de cor-
reptione fraterna. Circa hoc
duo requiruntur. Primo utrum
debeat aliquis in publico vel
in privato corripere fratrem suum
ut proximum. Videtur quod occulte
secundum illud Matth. xviii Si pecca-
verit in te frater tuus vade
et corripe eum inter te et ipsum
solum. Videtur ergo quod occulte sit
corrigendus frater delinquens.
Contra ad Thi. Peccantes coram
omnibus argue. Preterea aliqui
constitutiones hoc habent ut aliqui
publice corrigantur. Responsio. Dicendum
quod huiusmodi correctio ex caritate
debet procedere, et inde est quod
dicitur fraterna dilectio et ideo oportet
ordinem fraterne correctionis sumere
secundum ordinem caritatis. Ordo
autem caritatis est ut quis bono
proximi preferat quodlibet bonum. Itaque
ut velit bonum proximi et consciencie
et fame, et si haberi velit magis
bonum consciencie quam utrumque haberi
non potest. Et ideo hoc consideran-
do si esset aliquod peccatum car-
nale seu spirituale quod vergeret in
detrimentum multitudinis statim
revelandum est, cum preponderet
bonum quod in ordine caritatis
preponit detrimentum et bono proximi su-
per fame sine conscientie. Si vero
non timetur multitudinis detrimentum
tunc debet quis utrumque custodire
scilicet bonum fame et conscientie corri-
piendo inter se et ipsum. Si autem
ex hoc correctio non sequitur tunc
secundum ordinem evangelii debet
frater adhibere alium vel ecclesie referre

Ecclesie. Nichilominus tamen et in hoc
servandus est ordo ut si peccatum est
publicum publice corrigatur, si vero
occultum occulte. Et ideo dicit, si pec-
caverit in te frater tuus et cetera, scilicet
solum te conscio, ad occultum. Quantum vero
ad publicum dicit peccantes publice
coram omnibus argue. Et sic patet
solutio ad primum utriusque. Ex hiis patet
aliud vero, scilicet quod illud est de
constitutionibus, certum est et servari
debet in hiis que vergunt in preiudicium
et detrimentum societatis et collegii.

Secundo articulus 23 xiii

Queritur utrum si aliquis sciat
peccatum proximi peccat mortaliter
non referendo illud statim
prelato suo. Videtur quod sic, quia facere
contra ordinem evangelii est peccatum
mortale. Sed statim referre prelato
est contra ordinem evangelii, ergo
peccat mortaliter. Contra est quod faciunt
hoc multi viri perfecti qui nullo modo
hoc facerent si esset peccatum mortale.
Preterea prelati preest non solum de preteritis
sed etiam de futuris providere cautelas
et ideo si eis reveletur non videtur
esse peccatum mortale. Responsio. Dicendum quod
verbum domini quod dicitur Matthei xviii de
correctione fraterna est intelligendum
sicut alia verba que debent pertinere
ad humanos actus. Hic quod servari
debet secundum quod dependet a caritate.
Et ideo dico quod sunt cum debitis cir-
cumstanciis intelligenda sunt. Sciendum
est autem quod in omnibus talibus proceditur
secundum iura primo per inquisitionem et hic
est in peccatis publicis et non debet
fieri nisi precedat clamor insinuacionis.
Item per denunciationem et per accusationem
et hoc est in privatis. Si autem
procedatur per accusationem tunc debet
fieri correctio quia obligatur
accusans ad talionem, et hoc in-
tenditur ut finis bonum reipublice.
Unde hoc potest fieri secundum voluntatem
sive publice sive privatim.
Si autem procedatur per denunciationem
tunc debet precedere fraterna amonitio
quia hic ordinis finis est emendatio proximi.
Et ideo debet servari ordo

fraterne correctionis Utrum autem
statim cum quis scit fratrem suum pec-
casse debet denunciare prelato
Dico quod in hijs distinguendum
est de conditionibus subditi et prelati
Nam si scio quod frater meus corrigatur
tunc non debeo hoc enunciare
prelato Si autem videtur quod hic melius
fiat per prelatum et prelatus nichilominus
sit prudens discretus et spiritualis
non habens rancorem sive odium
adversus illum subditum tunc
licite potest hoc denunciare sibi
et tunc non debet celare et quamvis
non dicit ei sit prelato, sed sic proponere
presentiare ad correctorem proximi
et emendatorem Sed quia potest
contingere diversitas prelatorum et
subditorum non potest in hoc dari
generale iudicium quia aliquando
prelatus vel movetur ad odium
adversus subditum vel subditus
non bene fert verba prelati Ideo
tenendum est hoc pro regula quod in
omnibus hijs semper servanda
est caritas et quod melius et magis
expedire videtur et si homo in-
tendat emendam scilicet proximi seret
quantum potest bonum caritatis tunc
denunciando non peccat Si vero
denunciat hoc ex malicia ut
proximus confundatur vel deprimatur
tunc denunciando sive accusando
peccat mortaliter Ad primum ergo
dicendum quod si statim aliquis refert
prelato adhibens debitas circum-
stancias illud quod videtur magis
expedire non facit contra preceptum
ewangelij verba quia non dicit hoc
ecclesie sed persone presidenti ut
dictum est et ideo non peccat
mortaliter Ad 2m dicendum quod etiam
perfecti viri peccaret mortaliter
si denunciando prelato vel alie
persone intenderet aliquid quod est contra
intencionem precepti Ad 3m dicendum quod si
aliquis refert culpam proximi in-
tendens vel cautelam in futuro
vel aliud bonum quod ad emendam
proximi videtur expedire non
peccat Si autem dixerit hic sic prelato

sive alteri amico suo ex malicia
etiam peccat mortaliter quod si ex cau-
tela alter dixerit hoc ita tamen quod
non veniat inde aliquid vel infamie
vel vituperium proximi delinquenti
tunc non peccat mortaliter licet in
caritate non agat **Sequitur**
quotlibetum 12

Quesitum est et de rebus
que sunt supra homines
et de rebus humanis
Circa primum quesitum
est de deo de angelis
de celo Circa primum
quesitum est de deo
quantum ad suum esse, quantum ad suam
potentiam, quantum ad eius predestina-
tionem Circa primum quesitum est
utrum in deo sit tantum unum esse
scilicet essenciale vel potest aliud sit in
deo esse personale Et videtur quod
sic quia aliud est patrem esse aliud
filium esse aliud spiritum sanctum esse
Sed esse essenciale non est aliud
et aliud ergo etc. Preterea per me sole
quod debet esse quod in divinis sunt
tres proprietates personales que
constituent vite sorme ergo etc.
Contra augustinus dicit in divinis tantum
est unum esse Responsio dicendum quod veritas
fidei sic quod in divinis solum est
distinctio que est per relaciones
oppositas, relacio autem sic et quibus
propria sic esse ex comparatione ad aliud
tamen respectus Unde etiam esse filiacionis
est per comparacionem ad patrem, relacio
autem in divinis non distinguitur
ab hac tamen respectu quia est ipsa res
que refertur sed distinguitur
solum ex parte eius tamen opponitur
et ex parte non concedatur 2 esse
relacionis Sed distinctio et opposi-
cionis et ideo est in deo unum tantum
esse scilicet essenciale Ad primum ergo dicendum
quod esse dicitur dupliciter quandoque enim esse
idem est quod actus entis quandoque
autem significat compositionem enunciacionis
sic significat actum intellectus quo
intellectus intelligit, quod igitur dicitur quod ad

Est esse prius et aliud filii unum
e ee accipiendo 2o mo et no po
no sed 2m ipm q sic et quelibet
fora primitas ob solute facit
esse sz prius qui e diuinum ee
facit tm unum esse igitur pat
nitas facit ee articulus 2

ij Deinde questio e de potentia
dei Et primo utrum deus
possit facere duo contraria sic
esse 2o utrum possit facere infinita
in actu Responsio ad primum dicendum
no et hoc no importat in deo
impotenciam potentie qa hoc no sit
bonum posse Nam omnis virtus
activa producat actum scilicet sibi
Unde actus q agit infinitum est
e eius actu go effectus agentis
e eius actu q si go repugnat
ei q e actu repugnat posse
actie q esset si contraria sic eent

iij Ad 2m dicendum articulus 3
q esse aliquid infinitum actu
posset suspicari ex primo
aspectu q esset impossibile qa sequeretur
illud esse equale deo sed hoc
no sequitur qa ei q e infinitum
omnibus modis no adequatur illud
q e infinitum uno modo Dato enim q
esset ignis infinitus sm magnitu
dinem no adequabitur deo qa
si sit infinitus ignis in quantitate
tm e quid finitum sm deus autem
omnibus modis e infinitus Sed autem
queritur utrum deo sit possibile facere
aliquid infinitum in actu dicendum q no
ponens in agentibus primum istud aliquid
repugnat dupliciter Uno qa repugnat
posse eius Alio qa repugnat
modo quo agit Primo modo non
repugnat posse dei absolute
qa no implicat contradictionem
sed si consideretur modus quo deus
agit no est possibile deus enim agit
per suum intellectum et per verbum q est
forma tm omnium Unde oportet
q omnia que agit sint formata
Infinitum autem accipitur ut ma
teria sine forma Materia infinitum se tenet
ex parte materie Si go deus hoc ageret
sequeretur q opus dei esset aliquid

Informe et hoc repugnat ei
per quem agit et modo agendi qa
per verbum suum omnia agit quo
omnia formantur articulus 4 iiij
Deinde questio est de
predestinatione Utrum sit
certa et videtur q no qa
possibile e predestinatum dampnari
sicut petrus si fuisset statim
mortuus etiam quando peccavit
xpm negando Respondeo dicendum q dicta
questio loquendo de deo est va
de re vero no Dicendum q hoc habet
locum in formis separabilibus sed si forma
que e predestinatio e inseparabilis
Responsio dicendum q predestinatio est quedam
pars divine providentie providencia
autem dicit directionem aliquorum
in finem et hoc presupponit scientiam et
voluntatem sic ergo predestinatio
habet certitudinem ex parte scientie
dei que no potest falli et ex parte
divine voluntatis cui no potest
aliquis resistere et ex parte pro
videntie que certissime no
ducit ad finem cum deus sit
sapientissimus Ad primum go dicendum q
predestinatio licet certitudinem
et tm no e necessarium predestinatum
salvari sed remanet contingens
Dicendum e enim q licet certitudinem
ex scientia voluntate et providentia
et nullum illorum contingentiam im
pedit scientia vero qa scientia dei e
futurorum prout sunt in futuri et sm
hoc sunt determinata Voluntas
vero que voluntas dei e est
principium totius entis go no cadit
sub lege contingentie vel necessitatis
Sed hec effluunt et ordinantur ex
dei voluntate et sic ipsa dei
voluntas facit quedam esse
contingentia preparando causas con
tingentes et sibi necessitas causas
rebus et effectibus necessariis Sic ergo
voluntas dei semper impletur no
tm omnia necessario eveniunt sed
eo modo quo vult ea esse et
vult q sint contingentia providentia
vero qa no tollit contingentiam Ad
2m dicendum q bona est distinctio

Sed ad obiectionem de forma mixti dicendum
quod aliter est de formis realibus
et aliter de fidelitatis que important
aliquid pertinens ad actum hominis. quia
principalis sic si in eis debeat haberi
certa distinctio, oportet in esse
separatim in re et in consideratione,
in secundis non requiritur. Sed oportet
quod res illa cadat sub hac conside-
ratione, et sic dico quod sic ille
predestinatus sit consideratur ut
in se vel divine cognitioni relatus
et sic nullo modo attribuitur ei quod
possit dampnari, alio modo non.

v Deinde questitum articulus 5
est de fato utrum omnia sint
sub fato. Respondeo dicendum quod ad hoc
oportet sciri quid sit fatum
et sic postea facilius patebit pro-
positum. Videmus autem multa contin-
gere et ideo fuit olim dubium
utrum ista que variantur et in nobis
contingunt reducantur in aliquam
causam ordinatam. Aliqui dicunt
fatum nichil esse ut dicit Tullius
quidam autem dicunt quod in aliquam
causam reducuntur, et isti nomina-
verunt fatum a for faris quasi
hec omnia sint prefata aliqua superi-
ori causa. Sed horum est multiplex
opinio quidam enim reduxerunt
hoc in quandam seriem causarum quam
dicunt fatum, sicut stoici qui dicunt
quod nichil est quod non habeat causam
et posita causa necesse est ponere
effectum. Si ergo evenit unde talis
effectus habuit causam et hec
causa aliam causam et sic deinceps
sicut qui est occisus de nocte quia
exivit domum quia exivit domum
quia sitivit, quia hoc quia salsa
comedit, et sic quia salsa comedit
ex necessitate moritur. Aristoteles videtur
negare duo prima, primo quod non
quidquid fit habet causam sed tantum quod fit per se.
Cum autem ego occidatur me exeunte
est per accidens. Secundo dicit quod non posita
causa ponitur effectus quia potest impedi-
ri et ideo non sequitur nec non stat series
causarum. Alii reducunt hoc in
aliam causam scilicet in corpora celestia
ex quorum necessitate dicunt omnia
accidere. Unde dicunt quod fatum nichil
aliud est quam vis positionis siderum.
Hec autem opinio dupliciter est falsa primo
non quantum ad res humanas que
proveniunt ab intellectu, qui cum sit
virtus incorporea non subiacet
actioni alicuius corporis. Item ponere
animam subiacere virtutibus corporum
celestium nichil aliud est quam
ponere intellectum non differre a sensu
ut dicit philosophus in libro de ani-
ma in fine, tamen per accidens et
occasionaliter subduntur anima celo
in quantum intellectus afficitur per passiones
corporis non tamen ex necessitate movetur
ab ipso. Secundo quia multa in rebus naturalibus
contingunt que non accidunt ex
necessitate celi sed per accidens et sic
non habent causam. Alii reducunt hec
omnia in causam superceleste scilicet
providentiam dei a quo omnia sunt
predestinata et ordinata. Et secundum
istos est fatum quidam effectus divine
providentie, quia providentia nichil
aliud est quam ratio ordinis rerum
prout est in mente divina, fatum vero
est explicatio illius ordinis prout
est in rebus. Unde dicit Boethius
fatum est immobilis dispositio rebus
mobilibus inherens. Sic ergo
accipiendo fatum est dicendum quod omnia
que divina subiciuntur fato. Nomen tamen
est fugiendum propter suspicionem huius
nominis fatum quo utuntur gentiles
in suis erroribus. Unde glossa Osee
ii super illud Non vocabis me
ultra Balim sed vir meus quod idem
est utrumque. sed deus noluit hoc
quia Balim nomen erat cuiusdam
ydoli gentilium et ideo sunt
vitanda nomina gentilia, cum quibus
nec conveniunt nomina hec omnia. Et
ideo Augustinus dicit si quis hoc nomine
intelligit fatum sententiam teneat
linguam corrigat ut non dicat fatum
sed providentiam dei etc. articulus 6 . vj .

Deinde questitum est de angelis
Et circa hoc quesita sunt duo
Primo utrum esse angeli sit
actus eius et videtur quod non quia
actus intellectus mei aliquid perficit
Angelus autem non perficit ipsi esse

Vnde hillarius dicit quod est. Responsio dicendum quod opinio avicenne fuit quod unum et ens sunt predicata per accidens / hoc autem falsum non est unum quia unum prout convertitur cum ente signat substanciam rei et similiter ens. Sed unum prout est principium numeri significat accidens. Dicendum ergo quod unum quod est in potencia et in actu sit sic actu participat actu superiore propter hoc autem aliquid maxime sit actu quod separat per simplitudinem purum actum. Similiter autem actus est esse subsistens ipse unum unde complecioni uniuscuiusque recipit propter hoc separat esse unum esse est completum omnis forme quia unumquodque per hoc completur quod habet esse et habet esse cum est actu / et sic nulla forma est nisi per esse et sic dico quod esse substanciale rei non est accidens sed actualitas cuiuslibet forme existentis sive sine materia sive cum materia et quia est completum omnium inde est quod proprius effectus dei est esse et nulla creatura dat esse nisi in quantum participat operacionem divinam et sic proprie loquendo non est accidens et hoc hillarius dicit. Dicitur autem accidens large omne quod non est pars essencie et sic esse in rebus creatis quia in solo deo esse est eius essencia

vii Secundo articulus 7 quesitum est utrum dyabolus cognoscat cogitaciones hominum. Responsio dicendum quod cognoscere cogitaciones cordis potest contingere dupliciter in se et per se et in aliquo effectu. Primo modo solius dei est Jere xvii pravum est cor hominis et inscrutabile unde nec angeli sic eas cognoscunt. Cuius racio est et una potest debilitate esse quod habent eo quod super gradum quo aliquid est ens in potencia est gradus quo res sunt in anima. Alia racio est quia quod est in virtute anime alicuius non potest cognosci nisi a ea que nata est movere illam / voluntatem autem movet solus deus / cum ergo cogitaciones dependent a voluntate sic a sua causa solus deus eas cognoscit. Alia vero quia angeli illa demones cognoscunt per species naturaliter inditas cognoscunt et hee sunt species rerum naturalium non autem cogitacionum quia licet non reducuntur ad causam naturalem tamen non pertinet ad cognicionem naturalem sed per effectum cognicionum cognoscunt cogitaciones sicut et nos sed tamen ipsi subtilius cognoscunt effectum qui causatur ex cogitacionibus. Racio huius cogitaciones homo afficitur aliqua passione et per has movetur cor et hos motus ipsi subtilius cognoscunt quam nos et sic aliquas cognoscunt de cogitacionibus cordis. Et hoc augustinus dicit in libro de divinacionibus demonum licet alibi dicat quod declarare in eis talem cognicionem sit presumptuosum

viii Deinde quesitum articulus 8 est de celo et circa hoc quesita fuerunt duo primo utrum celum et mundus sit eternus. Responsio dicendum quod non sed mundum incepisse est de medio eorum que cadunt sub fide non demonstrative que dependet ex simplici voluntate dei et sic potest esse et non esse et ad hoc quod sit non inducit aliqua necessitas ex parte dei / divina autem bonitas que est finis rerum potest ita esse si mundus sit sicut si non sit articulus 9

IX Secundo quesitum est utrum celum sit animatum. Responsio dicendum quod de hoc diversimode senciunt doctores ecclesie dicit enim Jeronimus super illud ecclesiastici quod sol est animatus damascenus hoc negat / et hec contraria est apud philosophos Plato enim et aristoteles ponunt corpora supercelestia animata esse / anaxagoras non et ideo legitur fuisse occisus. Ego autem dico secundum augustinum in ii super genesim ad litteram quod non refert ad fidem utrum sit sic vel aliter sit. Vnde hoc non determinat in enchiridion addens quod si ponamus corpora supercelestia esse animata / non ideo venit in iudicio tres ordines indicandorum scilicet angelorum hominum et animarum quia ille anime computabuntur cum angelis et hoc sufficit videtur

Ille qui fecit p[er]fatone tum dixit Celi celorum q[ui] virtutes et ideo patet etc. **articulus**

x — Deinde questio est de [anima] Questio ad unum et questio ad grauem et questio ad culpa. Circa p[ri]m[u]m questa sunt tria p[ri]mo questio ad animam s[ecundo] de cognitione anime. Tercio de affectu cognitionis. Circa animam questio est Utrum anima p[er]ficiat corpus imediate vel mediate corporeitate. Responsio dicitur q[uod] in nullo corpore est nisi una forma substantialis Cuius racio est triplex p[rim]a est q[uia] simplices sequitur non sunt forma substantialis que facit esse simpliciter sed p[er] accidentalis q[ue] facit hoc. Item si sit agregato forme substantialis non est quanto simpliciter [...] sit non esset compositum ex anima et corpore unum simpliciter sed duo simpliciter et unum per accidens si dicatur corporeitas est forma corporis Cum corporeitas dicitur s[ecundu]m q[uam] tres dimensiones et hec non est forma substantialis sed accidentalis aliquis [...] quedam forma ex qua p[ro]venit trina dimensio et hec ideo est alia a forma specifica **articulus**

xi — Deinde querit[ur] Utrum anima sit ex traduce Responsio dicitur q[uod] augustinus hanc questionem non determinat sed indeterminata relinquit in libro de ecclesiasticis dogmatibus sed ille liber non est augustini s[ed] s[ecundu]m bignadi grego[rii] etiam non vult eam determinare. Credendum est tamen q[uod] non est et p[ri]ma r[aci]o p[hilosoph]i de a[nim]alibus q[uia] [...] est q[uod] virtus corporea p[ro]ducat illud q[uod] excedit corpus. virtus aut[em] seminis est virtus corporea. Alia racio est p[ri]mo mete q[uod] quidam posuerunt q[uod] forme iguales sunt ex creatone [...] etiam non acris recipit formam ignis aut[em] [...] et sit e [...] [...] a[nim]a non ergo fit de novo non ex aliquo sed de nichilo ergo creat[ur] solvit p[hilosoph]us q[uod] forma non fit sic necesse ens non esse sed p[er] se sed fit compositum q[uod] [...] [...] si ergo est aliqua forma [...]

subsistat illa [...] [...] [...] fieri [...] aut p[er] se [...] esse subsistendo et verum corrupto corpore et ita oportet q[uod] habeat causam alia sui fieri

xii — Deinde questio **articulus** est de cognitione hominis Utrum intellectus humanus cognoscat singularia Responsio dicitur q[uod] aliq[ui] cognoscit[ur] dupliciter directe et indirecte s[ecundu]m p[er] reflexionem cognitum ... cognoscere et sic est in intellectu vero p[er] abstractionem a conditionibus individuantibus et a materia et ideo cum recta cognitio sit p[er] speciem ideo non cognoscit directe nisi uniuersalia intellectus aut[em] diuinus cognoscit p[er] similitudinem a re acceptam sed p[er] extensionem sue essencie ad res et hec similitudo [...] ~~[...] [...] [...]~~ diuina essentia in deo est omnium que sunt in re expressa similitudo et ideo directe cognoscit q[uod] est in re etiam q[uod] p[er]tinet ad naturam individualem Sed queret[ur] p[er]fundo si separat[ur] est intellectus et etiam cognoscit que sunt in materia dicit q[uod] oportet q[uod] sic cognoscat et sic anima foras separata cognoscat intellectum et quanta [...] p[er] ymaginatorem Alio s[ecundu]m p[er] extensionem in qua [...] [...] fantasie que reputat si diu fantasmata et sic directe cognoscat **articulus**

xiii — Deinde questio est de effectu cognitionis Utrum habitus scientie acquisite remaneat p[ost] hac vita Responsio dicitur q[uod] circa hoc est duplex opinio Quidam dicunt q[uod] non sequentes avicenna in vi naturalium q[uod] species acquisite non remaneant in intellectu possibili nisi quando actu intelligit q[uia] est s[ecundu]m eam intellectus p[ossi]bilis recipit species et retinet s[ecundu]m modum suum Unde cum ipse sit immobilis et potentia immaterialis est recipit species intelligibiles s[ecundu]m modum suum et nunquam inde recedunt ita q[uod] sunt ibi etiam actu non intelligit sed quantum Et ideo q[uod] remanet sine deperditionis sine [...] [...] destrui [...] s[ecundu]m [...] species quantum ad modos sunt q[uia] hic non intelligit convertendo se ad fantasmata [...] corp[oris] et non solum

Spt hoc fantasmatibꝰ indigemꝰ· sꝫ
ad utendū hmōi ꝯsiderā / et dic
mōi nō est tūc qn nō querit
xiiij sꝫ ad fantasiā **articulus**

Decimo quītū utrū verba
humana hēat virtute ad mo-
uendū bruta putā serpētes
Ad quod dicendū q aliqui, ut dicit virtutem
aliquā et sm formā naturaliꝫ et sm
virtute superiorē causē Prīa virtuti
ex elemētis qi virtute ex natura
elemētorū sm motū ꝯfluentib
elemēti Aliam hēt ex corpe
celesti sic q adamas attrahat
ferrū q nō reducit ꝓ virtute
elemētorū Aliqui ig̃ dicūt q
nō solū naturalia corpa sed ecīaꝫ
artificialia sortiūt virtutes
aliquas ex impressione corpm ce-
lestiū // ut ꝑita ymagines ul' sic
sieb sta constellacōe facta Et sic
dicūt q sup artificialia sit hmōi
virtus impressa, ut ecīa dicti q vba
ꝓlata in certo tpe hēant effica-
ciam mouēdi Sed hoc nō est
verū ita in rebus naturalibꝫ omīa
que hnt aliquā virtute ex corpe
celesti hnt illa ꝯsequēte aliquā
formā Unde nichil agit ad spem
nisi ex virtute corpib celestib et sic
forma ē ꝑus ut vnoqꝫ quā dcī
ad talia, remoto g° prīci veniē
ne't postea Dicit̃ ig̃ hmōi
virtutes attribuūt aliquibꝫ oportet
q radicet' sup formā aliquā
forme aūt artificiales nō sūt
nisi figure quedā Et ideo sīlr
ē q verba et hmōi virtutes
aliq hēant ex corpe celesti; sꝫ
si hnt aliqua· hoc hnt ex spū
immundo qui ꝯiungit se verbis
homī ut decipiat sm aug° in li
aliquā virtut̃ vbis fabulosis sic
et vanis quibꝫ ad illudendū
homīes se iungit Unde omīa
ista fabulosa et supsticiosa sūt
et ymagines astronomice
quibꝫ et si nō assit aliq expssa
invocatio demonū / tn̄ ē ibi quid
tacitꝫ ꝯsꝰ / tn̄ si aliquis dicat vba
dei et sacra sine innitacōe ꝫ fraude
sed bona et diuina intencōe
nō est incantatio sed orō Crisos-
tomus sꝑ math ibi dilatant filac-
teria sua ꝛc / repehendit illos
qui collo vba ewāli suspēdunt
cū virtus ewāli nō sit ī figuris
lrāꝝ sed in fide, nō tn̄ dāpnō
illos qui sup se gerunt ewāliū
ex devocōne qn bta cecilia
ewāliū xpi sp gerebat in
pectore / sine tn̄ aliqua addicōe
ul' verboꝝ ul' caracterū uel
xv certoꝝ suspectoꝝ **articulus**

Deinde ꝯsitū est de hiis que
ꝑtinēt ad graciā Et circa
hoc querūt̃ tria prīmo de
sacramētis Sco de virtutibus
Tercio de officiis De prīmo tria
sūt ꝯsita Prīo de sacramētis
gnē Sco de efficacia sacramētoꝝ
Tercio de vnitate eclīe de sa-
cramētis eclīe ꝯtrebant' duo
Prīmo de baptismo Sco de penite-
tia De prīmo ꝯtrebat' Utrum
hēat aliquā virtute aqua bap-
tismi ad emundacōꝫ Utrū ꝑpa
virtute videt ul' virtute ꝯcomitātē
Ad quod dicendū q idē ē opīo in
hmōi nō solū de aqua sed
ecīa de omībꝫ eclīe sacramētis
Quidā em̄ dicūt q sacramēta
nō hnt virtute ul' vim operandi
in anīa / sed tn̄ exemplat· et
diuina virtus ꝯcomitāt facit illud
effectū Et inducūt exemꝫ bern'
et aliquibꝫ exemꝫ qui ꝯferat alicui
de ꝓbenda ꝑ anulū, anulꝰ nō
ē causa ꝓbende sed signū sed
hoc nō ē sanꝰ dictū qn sic nō
esset aliqua ꝑrogatiua sacramētoꝝ
noue legis ad veterē / qn ecīa
ī illa virtus circūcisionis fidei credentiū
in xpm venturū iustificabāt
Et ideo dicendū ē q sacramēta
hnt in se virtute iustificandi
et ad aliquos ordinat' effectꝰ
ad quos sꝫ hnt nō solū q sūt
signū Unde aug° Unde tanta
vis aque ut corpus tangat et
cor abluat Sciendū tn̄ q duplex
ē virtus scꝫ ꝑpa et instrumētalis

Sicut patet in ferro sic et sacramenta
sunt virtute instrumentali ad
spiritualem effectum quia cum sacramentum
adhibetur cum intencione virtus
divina efficiat hunc effectum et hoc
conveniens quia verbum per quod omnia sacramenta
virtutem habent habuit carnem
et fuit verbum dei et sic caro
Christi habuit virtutem instrumentalem
ad faciendum miracula propter coniunc-
tionem ad deum sic sacramenta
per coniunctionem ad Christum crucifixum
et passum etc. articulus
xvi Deinde quesitum est de peni-
tencia primo utrum secun-
dum quod multi autumant possit
absolvere ipso confessionis
Responsio quod aliter est in sacramento
penitencie et aliter in quibusdam aliis
sacramentis. Nam in quibusdam qui habet
ordinem potest ex hoc ipso conferre effectum
sacramenti in omni casu secundum in-
illud in quibus quasi est effectus sacrorum
exercens extra sacramenta.
Unde sacerdos degradatus vel ex-
communicatus licet peccet tamen conse-
crat baptizat. Et sic episcopus conse-
cratus quia confert caracterem.
In penitencia autem non imprimitur ca-
racter sed effectus et iustificacio
penitentis quod non potest fieri nisi per
potestatem iudiciariam non habens au-
tem autem non habebit hanc
potestatem etc. articulus
xvii Secundo queritur utrum liceat
in aliquo revelare confessionem.
Responsio dicendum quod non nec verbo
nec nutu nec aliquo signo et facere
contrarium est sacrilegium. Nam ita est in
sacramentis nove legis quod hec solum effi-
ciunt quod significant. Effectus autem penitencie
est occultacio crimin ab oculis divine
et hec occultacio significatur per secretum
confessionis. Et ideo sic prophanaret
sacramentum qui conficeret corpus et
sanguinem Christi de alio quam de
pane et vino, ita esset revelans
sacrilegus etc. articulus
